

1265

690



R 231

[Handwritten scribble]

Ex Bibliotheca

JLLUSTRIS

PEREGRINATIO IEROSOLIMITANA

Conventus Carmelitaram latius protracta *divinoqueque Discalceatorum.*
PER TRES INSIGNIORES MUNDI PARTES.

Abomi infu. a Donazione Domini

THOMA STANISLAO

Stani Wolski *W O L S K I* *Miszcz*

NOBILI POLONO PEREGRINO JEROSOLIMITANO

Succane nempe M. D. L.

PER EVROPAM, ASIAM, & AFRICAM.

Fundatoris sui munificentia

In quibus multa Regna peragravit Barbarorum, infideliumque
tam in terra firma, quam in Mari existentia; innumerasque penetravit Insulas. Scilicet in mari Mediterraneo albo nuncupato in Archipelago, in Ocea-

A. Pmi no occidentali Ec. 1772 do.

Cujus Authoris vita in exordio ejusdem peregrinationis

PROPONITUR.

LEOPOLI.

Typis Confraternitatis Sanctissimæ TRINITATIS cum Privilegio S. R. M. & impensis ejusdem Confraternitatis.

Annò Domini 1748.



SAMUEL De GLOWNO GŁOWINSKI
DEI & Apostolicæ Sedis Gratiâ EPISCOPUS HE-
BRONENSIS, SUFFRAGANEUS, CUSTOS METROPOLITANUS,
& Sede Vacante Archi-Episcopatus Leopoliensis
Generalis Administrator.

Cum liber cui titulus (Illustris Peregrinatio Ieroso-
limitana) Opera & labore Generosi Thomæ Sta-
nislai Wolski Poloni editus, ac de Mandato No-
stro per aliquot Theologos notitiam Regionum ex varijs
relationibus, & antiquorum lectione Chronologistarum habent-
es, nihil dissonum Fidei Catholicæ Romanæ & bonis mo-
ribus contineat ideò eundem in lucem edi posse censemus, &
imprimendi facultatem Concedimus. In quorum Fidem
Datt. Leopoli Die 15. Mensis Februarij Annò Domini
1737.

SAMUEL GŁOWINSKI Episcopus
Suffrag: & Administrator Generalis
mpp.



SERENISSIMO

&

POTENTISSIMO

Principi, ac Domino Domino

FRIDERICO

AUGUSTO III.

REGI Poloniarum, Duciquè

&

Electori Saxonæ, DOMINO Clementissimo.

Necnon

INVICTISSIMÆ AVGVSTISSIMÆ

ac SERENISSIMÆ

MARIAE

IOSEPHAE

REGINÆ Poloniæ, Dominiæ Munificentissimæ.

Atquè

Serenissima REIPUBLICÆ Polonæ,

Se suamquè Illustrè Peregrinationem

Hierosolymitanam

DEDICAT.

Annò Domini 1748.



SERENISSIME REX

^{ac}
Clementissime Domine Domine;
Totaque
SERENISSIMA RESPUBLICA POLONA;

N Unquam tam secure Illustris hac Peregrinatio Hierosolymitana & iustius triumphasset, nisi sub TVA bene Triumpho Teorumque Virtutum Corona; ac SERENISSIMÆ REIPUBLICÆ Polona provida convolasset ARMA. SERENISSIME REX Illa Ipsa est Gloria & Triumphus REX Pientissime Augustissime Clementissime, qua Majestati Vestra reservata in Cælo, Ipsius felicitatis cumulum est aditura, Cetera quanquam magna, quanquam inaudita, quanquam omni laude majora sunt, multo infra Majestatis sortem debet, sanctitas vita, scilicet pietas cum sapientia, iustitia cum Clementia tam preclaris splendidisque facinoribus imponere; Cum tantis singularibus Regijs Virtutibus omnia venerationis genera debeantur, qua cor amoris & reverentia plenam prestare valet. Ego quoque ad Thronum VESTRÆ

STRÆ MAIESTATIS quàm devotissimè accedens,
hocce opusculum tanquam illius mei affectus si-
gnum sub pedibus prostratus depono, certissimè
sperans fore, ut VESTRA MAIESTAS illud cle-
mentissimè accipiat, non quidem ob interius pretium,
quod scio, quàm sit tenuissimum, sed cordis integri-
tatem exactissimam, quam his involucris quasi
conceptam simul offero, & exhibeo ceu debuisse-
mum offertorium VESTRÆ MAIESTATI. Ceter-
rum ex penetrabilibus intimis cordis humillimè suspi-
ro, velit DEUS, & Te REX Potentissime & Au-
gustissimam Conjugem & Totam Regiam Famili-
am in perpetuo Flore ac incremento conservare.
Nobis & Orbi Lechico SERENISSIMÈ REX Ne-
storeos annos & atates vive, Ita ex totis ani-
mi medullis vovet:

VESTRÆ MAIESTATIS
Serenissimi REGIS Domini Domini
mei Clementissimi,

Infimus & Fidelissimus Subditus
Stanlaus wolski Nobilis Polonus

Ⓕ (I.) Ⓕ

INCIPIT HISTORICA

NARRATIO
ILLUSTRIS PEREGRINATIONIS
IEROSOLIMITANÆ.
Latiùs protractæ per tres insigniores Mundi Partes
Conventus A Wisniwicensis
THOMA STANISLAO
WOLSKI
NOBILI POLONO
PEREGRINO IEROSOLIMITANO
Cujus Vita In Exordio proponitur

Carmelitam CAPVT I. §. I. *Disculatorum*



Iam quæ Toronium Urbem ducit promptus & a-
lacer inivi quò cum pervenissem, miratus sum
eiusdem positionem amænissimam pulcherrimamq̃
ripis Vistulæ navigijs peruisæ contiguum. Multis
ab hinc annis Rex Suedus, validissimo exercitu
hanc urbem occupavit, quam postmodum non sine
pernicie & jactura suorum militum deserere fuit coactus, licet ille è
converso multa mala in excidio domorum & direptionibus eidem ob-
fessæ urbi intulerit;

Hæc eadem urbs recenter vidit horribilem tumultum ab hæreticis
incolis excitatum aduersus Catholicos, datâ occasione solennis pro-
cessionis

A

fectionis Sanctissimæ Eucharistiæ, quæ momento temporis euasit cõ-
cusio propter execrandum facinus admissum in comparanda statua de-
aurata Immaculatæ Conceptionis ab altari per vim avulsæ in publico
foro, cū ingenti Catholicorū fletu & dolore, dissectis, concalcatisq; alijs
sacris Imaginibûs, post dirutas fractasq; fenestras & fores Collegij Ie-
fuitarum, sed non diu retardauit, facinus istud detestabile consequi
pæna justissima, quæ fuit eiusmodi. Post duodecim nefarios illos hæ-
reticos ultimò supplicio mactatos aliosq; verberibus virgisque affectos,
Celsissimus Princeps *Lubomirski*, titulò supremi Commissarij aucto-
ritate uniuersæ Reipublicæ, cum potissima exercitus parte destinatus,
iussit mænia omnia civitatis circumvallere occupatis portis, ne aliquis
ex numero delinquentium fugeret, atq; in eodem loco, in quo auda-
cissimi heretici præfatam statuam Immaculatæ Conceptionis combusse-
runt, iussit alteram æream impositâ columnæ marmoreæ excitari. In
cujus fulero latitudine satis prædito abscisa capita punitorum hominū
fuerunt insculpta, eò consilio, ut ad memoriam posterorum & ad per-
petuam personarum notitiam hujus sacrilegij factu traduceretur.

Hiscæ rebûs Toronij actis melior fortuna visa fuit affulgere Catho-
licis; primum etenim Patribus Divi Francisci Bernardinorum adjudica-
ta est Ecclesia sub titulo Matris Dei, unâ cum Convētu possessâ ab
hæreticis ducentos prope, annos quâ ex manibus dictorū Patrum sūma
violentia & injusticia eripuerunt. Vix verbis explicari potest gaudiū
universum, quod Christianus populus huc collectus solutus in la-
chrymas & suspiria ostendit, in adepta possessione præfatæ Ecclesiæ
pristino cultui & venerationi restituta Sanctissimæ Polonorū Regi-
næ expulsis impijs hæreticis. Pro expianda à nefarijs ceremonijs & of-
ficijs hac Ecclesia, indicta fuit cū magna populi & Cleri frequentia no-
va Cõsecratio; hoc pijsimo & deuoto spectaculo tanti concursus po-
puli per moti nō pauci Hæretici respuerunt, & ad gremiū Sanctæ Ma-
tris Ecclesiæ sunt regressi.

§. II.

Spatio quinque dierum post peractas meas deuotiones in hac Ec-
clesia Toronij fui moratus, discessi postmodum; Culmam Urbē
Nobilis-

Nobilissimam veni, flumini vistulæ proximam, moramq; duorum
dierum hic latus protraxi, deinde versûs gaudens alteram urbem
amanam & pulchram, defluente propè Vistula sum profectus; ul-
terius iturus nisi obicem posuissent, inusitata nivium copiarum:

Opportunam occasionem spectandi magnificum Monasterium or-
dinis Cisterciensis in optima & saluberrima positione loci constitutū
non prætermisi, quod *Peplin* appellatur, ad Danzium seu Gedanum
plurimis villis & oppidis cinctum me contuli, & inveni hanc urbem
omni genere Lanificiorum, comestibilium affluentem, & veluti Em-
porium omnium rerum, ad naturalem & civilem hominum vitâ tuc-
dam spectantium. Hic etenim viget mercatura varijs mercibus ex pe-
regrinis littoribus aduectâ consistens, populentissima & omni deli-
ciarū genere referta, maris baltici navigationibus assiduis semper exer-
citi oris adjuncta jacet. Ex hac veluti ab inexhausta aurifodina ar-
gentū & aurū exhalit, Regnum Poloniæ, inita per cõtractus permu-
tatione variarū rerū, exempli causâ Sâlis, olei, frumenti tritici, hordei
carnium, pellium, lini, & alia ejusmodi quæ uberrimè nascuntur.
Hic maxima vis lignorum suppeditatur suo tempore abscissorum ab
ingentibus arborum truncis, quæ densas sylvas efficiunt, materia ho-
rum lignorum communi omnium judiciò & experientia judicatur
magis idonea ad naves cõpingendas ædificandasq; non longè ab hac
urbe surgit mons quidam sublimis Episcopalis appellatur, munimẽ-
tò benè inexpugnabilî supradicti montis salus uniuersæ urbis inniti-
tur: possident Lutherani Ecclesiam Cathedralem multis ab hinc annis
Catholicis ereptam, in medio Ecclesiæ prostat Crucifixus cum facie
& trunco auerso & opposito Lutheranorum oculis, qui cū conati
fuissent in eundem locum pristinum reponere adhibito ferrearum ca-
tenarum adminiculò, perperam egerunt, fractæ uno eodemq; momẽ-
to fuerunt catenæ illæ ferreæ, quas ad præsentem usq; diem cernere
est: præstantissimum organum eximiâ arte varijsq; picturis ornatū
occurrit, & fertur, quod à nullo Lutherano etiam peritissimo in fi-
dibus & tibijs explorandis possit sonum accipere & edere oculto di-
vinitus

vinitus immisso impedimento, quod manu admotam actione soni imprimendi destituit.

Hoc idem Templum gaudet eximia architectura, foris & intrinsecus selectis lateribus & cæmentis constat præter plurimas aras nunc neglectas & obsoletas. Altare majus excellit solidò ære deaurato in similitudinem ostensorij sive Monstranæ confurgit; alias Ecclesias unà cum conuentibus & Monasterijs reductis ad normam nefariæ sectæ tenent heretici; hæc urbs specioso titulo insignitur, & nuncupatur septem Principum, portu capacissimo pro sustentando omni genere navium gaudet, additionem Regni Poloniæ armorum jure acquisitam pertinet: imminente bello viginti millia hominum peditum & equitum in aciem educit, hic præterire silentiò nequeo, obseruationem à me factam, nempe quod in quadam platea ejusdem urbis reperiuntur tormenta bellica inuersa humiq; confixa in symbolum perpetuum fidelitatis Regno Poloniæ promissæ, à quo antea desciverat. Magnum locuples munitum ac pulchrum Emporiù Pomerilia Prussia, Polonica, ad Ripas occidentales Vistulæ fluvij Celeberrimi quæ in Sirium se effudit situm ubi commodus Portus reperitur. Est hæc Urbs Gedanum ex numero Urbium Hanseaticarum & quondam Imperia Equitum Cruciferorù parabat Anno. 1454. in tutelam Regù Poloniæ Concessit tunc in comitus Regibus Polonicis eliendi jure suffragij, & Rex Poloniæ à se constitum & dependentem Burgrauium in hac Urbe fovet. Et si igitur civitas Regem Poloniæ Protectorem suum agnoscit in signibus tamen frugitur privilegij e 9. Regalibus monetæ cudendi, immunitate ab omnibus tributis & alijs insuper non nisi in certis casibus ab hoc foro ad Regem appellari potest. Omnes Religiones addicti constat in Urbe reperiuntur 20. templa 3ia Cænobia, Illustre Gimnasium. Et suburbia Bischoffberg vel Episcopalis Mons, Stolumberg, & Szotlant. Fama celebris Cereviæ è geminata virtute cerevisia pingvis dobelbier nominata hic coquitur quæ ob efficaciam & densitatem magis ut medicina quam potus ordinarius adhibet. Spectatu digna hic est elegans Bibliotheca, & instructissimū

Armamentarium cum alijs Aedificijs publicis satis ampla gaudet iurisdictione quæ præter sic dictas Insulas Dancicam, etenim sic Nahrung & terram ac oppidum, Heilam complectitur Anno 1709. in hac Urbe 32000. hominum peste hic absumpta fuere.

§ III.

MEa cogitatio eundi ad Ecclesiã Sãcti Jacobi de Galicia in Hispaniã huc me impulit causa comoditatis proficiscèdi per mare quod cum totù esset congeliatù, navesq; immobiles cõfisterent, fuit in causa ut rursus Varsaviã regrederer, quã occasione opportunã sum nactus propter imminentem S. Jubilæi adventù, quod Romæ recurrente Anno 1725. celebrabatur, & trajiciens per Prussia Brandebargensem in navigio per flumen Vistulam contendì ad unã civitatem, quæ apellatur Quidzin à Lutheranis gubernatam. Hic debet notari, quod Dux in Prussia, non Rex Prusiæ nuncupatur, quia serenissima Respublica Polona, ne daret ansam eidem Duci, ut hoc titulò Regis Prusiæ insignitus progressu temporum sibi vindicaret majorem partem Prusiæ ad eandem Rempublicam Polonam jure legitimò spectantem, hoc fuit in causa, ut supradictus Dux cessaverit à datione certi tributi, quod solebat contribuere eidem Reipublicæ, sed post usurpationem præfati tituli Regis nihil nunc tribuit. Omnes incolæ Prusiæ Polonæ Catholicam fidem profitentur; vice versã sunt Lutherani & Calvinistæ illi omnes incolæ, qui in Prussia Brandeburgensi degunt.

Quidzin igitur urbs pulchra hoc eodem anno, quo pedem intuli, recenter ante meum adventum fuit benè combusta à militibus, qui à Duce veluti promissum juramentum prætentebant, sed factum ostendit, quod ex fortuito casu incendium istud ortum sumpserit. Cernitur adhuc in hac urbe benè constructa Ecclesia, Cathedralis titulò, tempore, quò Catholici tenebant insignita, sed nunc Lutheranæ sectæ Ministris addicta est; Eò Lutheranorum temeritas processit, ut Catholici Episcopi effigiem, qui primò illam rexerat vivis coloribus

expresserint manu baculum pastoralem fractum tenentem, qui Episcopus abreptus postmodum errore & doctrina Lutheranorum descivit miserabili exemplō & infortunio à fide Catholica. Auditō hoc horribili factō omnes Christi fideles veluti orbatī suo pastore dispersi evanuerunt ab hac urbe, terrasq̄ alias Religioni Catholicæ addictas petiverunt, & mihi illuc transeunti non contigit reperire nisi unam feminā Catholicā & cū in hospitiō morarer, deprehēdi odiū execrabile, quod adversus Catholicos adhuc fovebant scelestas etenim detractiones adversus me evomere illos observabā, & aliquid pejus timens junctō curru equis me ab illorum oculis lividis & malignis eripui, de illorum Duce maximas & ingentes divitias decantant, imō narrant, quod idē Dux unā vice, ut rē gratā uxori suæ faceret, arcas multō aurō & argentō refertas cū alijs gēmis, in suo thesauro repositas eidem ostenderit, quæ interrogata, si gaudiū de ostensione tam pretiosarum rerum conceperit, illa sic sapientissimè respondisse fertur, mærorem potiùs. quā læticiam ingens iste divitiarū cumulus meō animō induxit, cū probè sim conscia, quod iste thesaurus totus quantus est non sit factus, & indies major semper non euadat factā accessione numerorum, nisi ab expressis lachrymarum & sudorum sanguineorum rivulis subditorum miserè sub tributis & vectigalibus gementium.

§. IV.

Hac urbe relicta per viā multa oppida, nemora, prata amænissima, flumina pisciū copia affluentia lacusq̄ nō pauci meis oculis occurrerunt, usq̄ dū *Zakrocim* urbē non vulgare perveni. Facti sacri nos docēt, quod elapsis sæculis Castellanus hujus civitatis fuit Senator eximius Pater divi Stanislai *Kostka* Poloni Societatis *Jesu*, cujus corpus asservatur & colitur Romæ in Ecclesia Divi Andreae nuncupata ejusdē Societatis, adjuncto collegio vulgo novitiatus appellatō. *Varsaviam* ingressus ibidem aliquot hebdomadas traduxi urbs hęc jacet ad ripas fluminis *Vistulae* Abesta *Gedano* seu *Dancica* *Leucis* sive milliaribus circiter sexagiata inpositione situs, palmam cunctis

ctis propè urbibus Europæ jure meritō præcipit, postmodum *Radomiā* sum profectus urbem vetustam munitissimīs manibūs cinctam, hic commissio generalis coactis commitijs plurimorum Senatorum Regni fuit indicta, & cōmunibus suffragijs Excellentissimus *D. Homontski* *Masoviae* Palatinus & Senator in *Mareschalcum* electus est, apud illum introductus omnia comitatis & generositatis indicia sum expertus benignus & facilis extitit in concedendis Epistolis commendatitijs ad varias aulas Europæ directis, in quibus egregij legati personam sustinuerat. Valedixi huic urbi, & *Cracoviam* perrexi nobilitate, vetustate clarissimā, celeberrimam *Accademiā*, ornatam tēplorum structurā, eximiam & inclitam additis plurimīs cænobiis Religiosorum diversas Regulas profitentium, corpus Sancti *Joannis Cantij* Doctoris *Accademiæ Cracoviensis* famigeratissimi asservatur, & colitur.

In hac urbe solemnīs & sacra ceremonia *Coronationis Regum* peragi solet, eadem *Accademia* habet pro stēmate duo sceptrā aurea à quadam *Poloniae Regina* lapsis retro sæculis donata, ostendit *Ecclesia Cathedralis* corpus *Divi Stanislai Episcopi* ejusdem urbis, quod intactum & incorruptum continet, & summā veneratione colitur & in urna in formam tribunæ Sancti *Petri Romæ* redacta cernitur. Hic corpus Sancti *Hyacinthi* requiescit nec desunt venerationi Christi fidelium exposita alia *Divorum corpora*, quæ recensere multus labor esset, dies deficerent; adest altera *Ecclesia collegiata* sub titulo *Sanctæ Mariæ*, in qua narratur cum plenissima historiae fide, quod fuerit audita vox è Cælo divinitus delapsa his verbis *compensatur silet Ecclesia* ab illo tempore in valuit consuetudo psallendi noctu dieq̄: imō hęc consuetudine laudabili per negligentiam paucis diebus interrupta statim eadem vox repetita palam audita fuit. Mos piissimus semper viget in omnibus cathedralibus Ecclesijs *Poloniae* & præcipuis collegiatis *Divinae Psalmodiae* quotidianæ vacare coram Sanctissimo Sacramento. Multa devotio hic occurrit præstita à Fidelibus, cū magno concursu expositis Imaginibus *Deiparæ* miraculis innume-

innumeris crebro editis. Unam integram hebdomadam & præsertim octavam corporis CHRISTI transegi, & solemnî processioni cum magna populi frequentia celebratæ interfui;

Ex inde discessi, post expletas meas devotiones & ad verticē mōtis bilanensis, in quo suspicitur Monasteriū P.P. Cā maldulensiū Eremitarū densā Sylvā circumdatū, lætus perveni, hospitio etenim hilariter exceptus ab iisdem Religiosis cū meo gaudio ab illis accepi originē ejusdem Monasterij eximijs sumptibus & beneficentiā cujusdem Senatoris ex Familia *Wolski* descendentiæ ædificati, hoc Monte relicto versus Silesiam properavi, traiciens flumen Vistulam. Mihi contigit civitatem Raciboniensem urbem pulchram, attingere & Opaviā postea longè pulchriorem & munitiorem attingi, non prætermittā opulentissima & fortissima civitate, quæ appellatur Ollomucium. gaudet Episcopali sede Cardinalibus semper delata; Extra hujusce urbis mœnia Monasterium Canonicorum Præmonstratensiū magnificentum assurgit, multis redditibus auctum, amœnitate sitū præstantissimum, ante fores excubias assidue agunt milites, nec cuiquam patet ingressus.

Terga vertens Ollomucio exantlatis plurimis pagis & oppidis suburbijq; pulcherrimis tandem Viennæ portas Imperiales salutavi, & feliciter sum ingressus trajecto autea ponte ligneo super Danubiū impositō propè Viennam, ex quo memoriæ nostrorum temporū proditum est, multa millia militū Turcarum cogente strenua opera & fortissima manu Joannis Tertij Regis Poloniæ præcipitata fuisse.

§. V.

Viennæ per aliquot dies, lustratis prius rebus eximijs, quæ ibi cernuntur, commoratus, tunc temporis propter belli suspiciones ab Imperatore Edictum manaverat, quo homines habitu informam peregrini accommodatō, si uterentur, si contraherent detenti, ut dici solet sub arresto manebant, ego istarum rerū incius, augustissimam Ecclesiam divi Stephani Cathedralē sub

vesperum

vesperum adiui, egressusq; ab Ecclesia unā cum socio patiter peregrino quosdam homines obvios habui, qui per vim nos propellentes ab ejusdem templi atrio minas etiam intentare videbantur; ego nec insolito facto percussus, non potui manus cohibere & me temperare, quin baculo unum ex illis percuterem, quod cum observassent alij milites majores numero facti, irruerunt contra nos, deduxeruntq; ad carcerem constitutum, sub duabus portis discurrentibus hæc illac cratibus ferreis unā cum catena pariter ferrea geminas fores jungente, quæ omnia horrorem & squallorem introductis & illuc coniectis incudiebāt, mansimus ibidem non sinē pavore per totam noctem.

Illucescente die nos è carcere eductos, excubijsq; militari-bus comitatos, ad quemdam Ministrum Imperatoris sive Cōmissarium adduxerunt, qui cū optimè latinam linguam calleret, nostras literas comendaticias attestationesq; itinerarias, sedulus lectitavit, Regisq; Augusti II. Regni Poloniæ formulam commendationis ad summos Principes directas gravissimō judicio pensitavit, & alia documenta à Principibus obtenta oculis diligenter excussit, nec unam jotam seu apicem prætermisit; quibus omnibus perlectis à me sciscitatus est, cum adeo promptus extiterim & fuerim ausus infligere uni ex illis militibus Cæsareis, qui vim & detentionem meam parabant, ego ut me apud illum purgarem, modestissimè respondi, quod cū essem conscius, nihil mali perpetrasse, cum in Ecclesia tantum fuerim & hujusmodi minas incongruas & immeritas cogitassem motu iræ tumultuariō præventus, ignarus prorsus edicti ab Imperatore propter justas & publicas belli rationes editi, manus & baculum contra illos adversus nos ingruentes impeterritus opposui, repellentesq; nos, quantum meis viribus licuit propulsavi in illo articulo mortis imminentis & etiam periculo abjecto. Quibus auditis animo placido ex se dato reposuit, pergit salvi & incolumes progressum vestri itineris, redditis statim

B

literis

literis & documentis Regis Augusti II. & aliorum Principum commendatione munitis, quas antea perlegerat; & sic paucis interjectis moris post hunc non valdè favorabilem successum, Viennam retrò oculis & corpore relinquimus.

§. VI.

Vertente Annò 1683. semper memorabili contigit obfidio, illa funestissima Viennæ, à trecentis Turcarum millibus Militum cum ingenti apparatu, & innumeris bellicis machinis præparata, cumq; extremos conatus adhiberent, ut prorsus omnia urbis propugnacula & valla destruerent & solò æquarent, trophæa & spolia antequam consequerentur audacissimi traces jactabant Machometis detestabile vexillum in cornu lunæ seu disco expressum, oppositum fulgori Sanctissimæ CRUCIS in vexillis Christianorum scintillanti, in altis turribus tum murorum urbis, tum Ecclesiarum. figere meditabantur; & jam jam vota sua, quæ mente nefaria ceperant, ad exitum prosperum perductum iri timebant Christiani obfessi durissimè, nisi opportunus veluti Angelus malorum exterminator è cælo delapsus adstitisset JOANNES Tertius Inviçtissimus Rex Poloniæ, qui cum triginta millibus militum robore suffultus præsentaneum auxilium perituræ urbi & excidium fatale Turcis obsidentibus attulit, æternamq; cladem sæculis omnibus memorabilem Imperatori Othomano infixit, nigramq; eclipsim ignominia, lunæ affudit, disjecta profligataq; illorum Turcarum colluvie & fæce sectatorum Machometis.

Hæc parte victoriâ totus orbis Christianus respiravit, & Roma unâ cum summo Sacrarum rerum Præside INNOCENTIO XI. qui magnam partem habuit in hac Christianorum expeditione tum precibus ardentissimis fuis, tum multa erogatione æris benè exhausti faustissimo nuntio per citissimos tabellarios allato mirabiliter exultavit; Non recenseo hic innumera festa & triumphorum

demon-

demonstrationes quas in vijs & plateis per multos dies noctesq; lætis vocibus & acclamationibus Romanus populus instruxit. Eset enim opus immensum hic singula enumerare, manifesta gaudij signa, quæ universos urbis angulos occupaverat soli Judæi in hac publica lætitiæ ostensione oculis populi Romani evenerunt invis, propter rumorem huc delatum, quòd Judæi, qui in ditione Turcarum manent, maximam vim pecuniarum pro bello contra Christianos conficiendo iisdem Turcis præbuerint, hæc fuit occasio concepti odij, adversus hanc nationem ubiquè spretam & abjectam: Et male excitata adversus istos seditio cessisset, nisi opportuna periculi cavendi Providentia Romæ Gubernatoris accurisset, qui militum cohortes jussit statim advolare ad portas, quæ muris junctæ includunt veluti in amplissimo claustro omnes domos Judæorum. Istorum igitur operâ factum est, ut iste plebis Christianæ tumultus prorsus quiesceret, & sileret.

§. VII.

A Motâ, depulsâq; hac horrendâ turbine legionû Turcicarû, Regressus est, cum festivis omnium acclamationibus pijsimus Imperator LEOPOLDUS unâ cum tota Imperiali familia dilectissima nempe uxore & Carissimis Filijs, aulamq; suam desertam cum tanta trepitatione, omnibus lætitijs cumulatam & personantem hilaris subivit. JOANNEM Regem Poloniæ Herodém inviçtissimum plus corde quam manibus protensis amantissimâ salutatione complexus est, ejusdemq; fortitudini in hac obsidione gravissima singulare elogium verbis Imperatoris pro dignitate cõtextuit, additâ grati animi perpetua significatione post illius fatum ad successionem Austriacæ Familia veluti pulcherrimum legatum transmittenda, quæ adhuc perennat & stabit quousq; cæli sphaera unâ cum univèrsâ Mundi Machina variatis vicibus temporum & planetarum assidue circumagetur.

Bz

Interim

Interim posterorum fides laborabit, cum in monumentis litterarum tot ingentes victorias reportatas & inauditas ab orbe condito attoniti legent, condemnabunt suam infelicissimam conditionem, quod hisce temporibus non fuerint nati, reservatique, & feliciores nos appellabunt, qui nostris oculis tot triumphos palmasq; de subactis Turcis vidimus, & nostris auribus faustissimos pugnarum successus sæpè sæpiùs repetitos exultantes audivimus & deinceps DEO adjuvante, quod felix faustumq; sit, meliores & numero crebriores audiemus.

§. VIII.

Vlennâ Urbe profectus in animum induxi Cracoviam me conferre, viso priùs in itinere exordio Religiosorum Camaldulensium Monasterio eximio, ut alibi innui, Viennæ proximò. Cõtiguum huic Monasterio ad radices Montis jacet Neoburgum oppidum nobile, in quo Monasterium Canonicorum Regularium magnificum cernitur adjunctâ pulcherrimâ Ecclesiâ & in Capella nõ longè sepositâ asservatur & colitur corpus Divi Leopoldi Marchionis Austriæ tunc temporis, postea divertit ad Civitatem Neistat nũcupatam, emensis alijs Nailirhen, Pruck, Graz sive Gracium, quæ Civitas reputatur munitissima in Carniola habito respectu ad unam arcem super editissimum montem sitam, quæ toti urbi securitatem & præcipuam fortitudinem conciliat. Multæ familiæ nobilissimæ in hac Urbe degunt, divitiæ non minores vigent: accedit amena situs positio sive colles, sive planitiæ spectes, vix secundum diem meam moræ in hac urbe enumeravi, cum statim in locò publico erectum scamnum, seu ferale patibulum conspexi destinatum supplicio ferendo de duabus fæminis, capite obruncandis propter enormitatem admissi criminis dissimillimi, sed utramq; delictum gravissimum. Prima etenim de veneno marito suo propinato postulabatur: altera quod infantem proprium recenter natum enecavit, spectaculum istud contigit mihi, primo

primo aspectu attonitum & luctuosum, postmodum propter unam circumstantiam dignam risu excipiendam, hilare aliquantisper evenit una etenim ex suprâ dictis mulieribus P. Jesuitæ Confessario associatâ, qui illam in illo ultimo vitæ confinio pro expiatione animæ adhortabatur, vix superiorem currum sedem attigit, cum statim immodicus risus & inexpectatus universo populo spectatori obortus in ejus ore apparuit, factâ hilari salutatione populo, quem actum huic scenæ intempestivum & non convenientem Vir Religiosus repressit & objurgavit, enuntiatis cum ardente charitate & zelo salutaribus monitis excitantibus animam illius miseræ jam jam è corpore migraturam ad pios affectus conticipiendos erga DEUM, veniamq; petentem pro patris criminibus apud Divinæ clementiæ & miserationis tribunal. Vim admonitionis perferens mulier illa damnanda, & deposito risu, ad actus veræ contritionis suorum peccatorum, se disposuit taciturnitatem seriam præferens, discerpta fuit in quatuor partes à carnifice & sic pro conjugè suo veneno sublato justas pœnas rependit. Altera pro occiso nato infante caput amisit,

Non possum hic reticere, quod occasione hujuscè luctuosi spectaculi mihi contigit; fuerunt nimirum aliqui, qui me sub peregrino habitu latentem cernerent & ulterius verbis progredientes hanc conditionem obtulerunt, ut si ego libenter meum confesum hanc conditionem obtulerunt, ut si ego libenter meum confesum præstare pro ducenda in uxorem alter utro ex dictis fæminarum, statim liberatio à supplicio jam parato nascebatur, præmissâ opimâ dotis pollicitatione, si hoc fecissem, sed ego rejecta hujusmodi ignominiosa oblatione oculos & animum alienavi confusosq; seiscitantes dimisi.

§. IX.

Valedictio huic Urbi, enarratò spectaculo funestato Zabacii civitatem non ignobilem adivi, ubi hospitio exceptus à Patribus Capucinis, cibo & viaticò refectus, Palmâ

munitissimam & celeberrimam arcem finitimam ditioni Imperatoris petivi. Ista spectat ad Dominium Venetum; propè in expugnabilis apparet, vallis etenim fascisq; altis cingitur, additis aggeribus murorum ingentibus ad propulsandas hostium aggressiones, si fortè inopinatam obsidionem paraverint. In portis præfata fortificationis excubias agebat miles, cui pes erat amputatus substituto *crura lignea*, & cum vidissem aliò distractum, ipso insalutato portam aliam lapideam civitatis subivi, quòd cum miles nunc advertisset altà voce me ad se vocavit, sed ego contemptis suis vocibus ulterius viam sequebar usq; dum alij milites cognita inobedientia mea voluntariè affectata, ingressum ad urbem pervicaciter denegarunt, quòd agre ferens coactus sum prosequi iter densis noctis tenebris sese intendètib; nullà domo commodà pro quiete captanda sese offerètib;.

Evanescente nocte versus mare adriaticum properavi usq; dum Trigestum Urbem novò portu Imperatoris præditam perveni, naves ibi multas ædificabant, & alia navigia transportandis mercibus & annonis idonea: rara planities, sed frequentes colles circà hanc civitatem assurgunt. Huc Imperator Augustissimus feliciter Regnans, CAROLUS VI. accessit invisitq; portum istum recentè constructum, viam novam longò murò circumvallatà Viënam usq; construxit in distantia circiter quinquaginta leucarum sive milliariorum. Vix portas Trigesti sum ingressus, cum statim milites à me sciscitati sunt, utrum nomen dare militiæ Cæsareæ vellem & pollicebantur non exiguam mihi pecuniæ summam erogare, quibus ego reposui, si centum aureos dabitur recurrètib; quolibet mense, oblatam còditionè nò respuo, hòc respòsò datò conticuerunt.

§. X.

Consensà navi Justinopolim, sive Capudistriam Civitatem obsecudante vèto appuli, antiquitatis origine & civium strenuitate assiduè nascentiù còspiciuà, vix in terrà descèdimus

scendimus statim incolæ illi lætabundi & vultu benigno salutaverunt, gratulàtes nobis, veluti si reduces fuissetis ab Urbe Roma, quasi Jubileo Sàcto interfuerimus, deduxeruntq; nos amantissimis officijs ad Ecclesiã, in qua illo die solemnè Processio indicta fuerat. In mora istius urbis, quæ fuit lōgior quàm putaverã, propter difficilè, & inprosperã navigationè ingruit improvise sæva gradinis tēpestas, quæ vites adhuc pubescètes decussit, recisasq; spes agricolarū in primo flore sustulit. Signa maroris & doloris còspexi in vultibus & oculis illorū civiū, quorū votà, suspiria & lachrymas, cælum còmiseratione pervulsum exaudire videbatur. Ego interim illorū vicè tam funestã viribus, ut Christianus, dolebã: ex altera parte dolor nò exiguus meū animū agebat, cum viderem, mare asperū & inclemens, flantibus & reflantibus ventis navigationi inauspicatis, qui obstinati veluti exiliū in hac urbe maritima còminabatur, negabãtib; nostri itineris cursū Venetias directū

Placuit tandem Divino Numini, ut post aliquos dies idè traductos vètus favorabilis aspiraverit, & navigio conscèso, quòd vulgo Rotanã vocat, solvi, & portu transactà nocte in navigatione diluculò factò accidit meis oculis nò incuriosū spectaculū, quòd fuit hujusmodi: aspexi etenim prominentè terrã, ubi vesperi mare inundabat; ego perterritus quæsi rationem ab illis nautis hujusce successūs inopinati: sinistrū etenim auguriū sumpsi, quòd antequam reflua aqua rediret ad superficiem terræ siccã affluètib; sicut antè cooperiendã multi dies requirerentur, sed dubium hoc eximerant vectores & Nautæ, periti mutationis maris adriatici, cui à DEO Optimo Maximo indita est hæc lex, ut se circūagente viginti quatuor horarum spatiò fluxum & refluxum accedentibus & recedentibus undis sensibilib; patiatur.

Deficiente rursus ventò favorabili coactū est nostrū navigiū stationè figere in alio loco triginta milliaribus distàte à primo còsumptis quatuor vel quinque dieb; ubi nullū tectū, nullū hospitiū

spiritu existit apparētibus tantum praeis lōge protēsis, cōsiliū in arena ut dici solet, capī deliberaviq; cū alijs per terrā Venetias ire, quō factō praestiti, usq; dum sese obtulit opportuna occasio trajectūs cujusdā navigij generis, quod Veneti vulgari linguā *Burcellum* appellāt, quod per absolutū quindecim milliariū cursum Venetias incolumes nos perduxit.

§. XI.

Vix expositus in sedem istā felicissimā urbis Venetiarum attonitus suspexi magnificentiā Palatiorū, canaliū frequentia, crebros pontiū arcus jungētes unūquodq; viarum caput, cimbarū numerū incredibilē huc illuc assidue praetereuntiu, ubiq; populi cōfluentem cōcursum, plateas hominibus referatissimas. Postmodū cū literas nō paucas cōmendatitias ad Polonū Agentē directas mecū haberē, ut redderē, celeriter ejusdē domū adivi, in proprijsq; manibus traditi, quibus perlectis, ut gratā cōmendantibus operā faceret, suū patrociniū Venetijs seu alibi profuturū benignus promisit, expositamq; meā intētionem de itinere Jerosolimitano suscipiendo, cū ex meo ore audivisset, omnes modos magis idoneos indagabat, ut meis votis plenissimē faveret, alias literas Venetijs reddendas habui ab Excellētissimo Domino conspicuo viro Palatino Massoviae *Homantofski*, qui pro sua incomparabili bonitate me in iisdē literis cuidā mercatori ditissimo cōmendavit, nūcupato Zacharia Viro humanissimo, rerū agibiliū cognitione versato, cui vix praesens adstiti, ostēdiq; literas meas intētionem Jerosolimitanae peregrinationis cōtinētes, cum statim me secum duxit ad Judaeū duarū naviu Dominū, atq; illi exposuit indolem seu tenorē designati itineris.

In hac Judaea domo expectāti mihi, per aliquod horas obviam venit Judaeus, qui cum latine disserteret, fassus est, suam cōditionem nimirum quod pridē fuerat Hispanus, Diaconatūs Ordine
 initiatus,

initatus, demum conscius factus de stirpe suorum consanguineorum derivata ex Judaico sanguine, Hispaniarū Regnū reliquit & Venetias cōfugit, ubi cū Judaeis conversatus, tandem religioni Judaicae perfidissimē nomen dedit narrāte hae detestabilia homine illo vox meis faucibus hæsīt, atq; ab illius aspectu celeriter me proripui.

§. XII.

Des mihi deesset, si singulas Venetiarum Urbes, seu de cora vellē recensere, huc etenim cōcinnē caderet illud, quod de Athenarū Urbe olim dictum fuit, nimirū *nullum sine nomine saxum*, & revera quocunquē oculos vertebam, parietes omnes, seu templi Divi Marci, seu altissimae turris proximē perspicuā & satis obviā magnificentia spirabāt; quid dicam de admirabili structura, seu fornice pōtis Virialti, cui impositae sunt vigintiquatuor officinae solo fornicis fulcro per ducētos & octuaginta annos sine ullo timore ruinae sustētatae? quid de armamētario omnis armorū generis & naviu instructissimo, ante cujus fores duo leones cubātes ex Athenis trāsvectos eximia magnitudinis ē materia marmorea, additis nō paucis staturis de marmore cādidissimo Deos marinos, Deasq; repraesentātib; in quibus mira artificū peritia eluxit, vetustati multū accedēs, additis alijs decoramentis horridū apparatus armorū reposito cōveniēns referētib; affabrē? quid de Palatijs Procuratoribus Divi Marci, & cudēdae moneae & publicae Bibliothecae destinatis longissimae & crebra columnatū cōtinuatione mirabiliter innixis, quae propter suam stabilitatē seu durationē fædus aliquod cū aternitate junxisse vidētur.

Obstupui, cū aulas pro publicis Comicijs Senatorū destinatas conspexi, in quibus, quae praeter ingētem latitudinē, quā praeditae sunt & altitudinē eximia picturā ab excellētibus pictoribus elaboratae raro cū artificio occurrēbāt, impendentibus laquearibus

seu contignatione multo auro refertissima, addito logō subfelliōrū ordine totā aulā implentiū: in foro latissimo Divi Marci hac illac eximijs publicorū ædificiorū porticibus cincto, duæ columnæ marmoreæ mare versus ingentis magnitudinis assurgūt, in quarum summo unius apice leo cū libro & gladio fusili ære elaboratus cōspicitur in alterius Divi Theodori draconem interficientis cernitur, in isto intercolumnio suplicia de reis desumuntur universo populo Veneto accurrente & spectante.

Facies Basilicæ Divi Marci quatuor equos æreos deauratos miro artificio fabrefactos, sinè freno arrectis pedibus ostētat. Proditū memoriæ est hos equos advectos fuisse ab Urbe Cōstantinopoli occasione Belli, quod cum Venetis, tunc tēporis intercessit; observātur pariter in atrio ejusdē Ecclesiæ duæ columnæ, quæ dicuntur erutæ ex tēplo Salomonis jam excisi in capite ingressus in plateam Divi Marci imminet alta turris cū insigni horarum demonstratione cursum solis & lunæ indicāte: ab uno latere horologij consistēte homine cū malleo horas determinatis tēporibus pulsante: ex altera verò parte adstat homo pariter ferreus, qui alternatis vicibus horas pulsāt. In Ecclesia Divi Marci corpus ejusdem Evāgelistæ asservatur & colitur adjuncto thesaurō luculētissime. Consideravi bene Urbem Venetiam mari Adriatici adjacentem, 20. Milliaribus distātem à Tridētino, & 50. à Mediolano, ædificatā supra 72. parvas insulas sublacis insidentes nec nisi per aquā ingredi ejus circūferētiā, consistit in 8. milliaribus, numerantur in hac Urbe 70. Ecclesiæ 39. Monasteria, & 28. Monialium, 10. Oratoria, 17. Xenodochia ditissima. 115. turres 53. parva & magna fora. 158. fontes publicos. 168. Statuas marmoreas, & 23. Eneas. 150. Palatia magnifica, Germanis particulares ac per magnum ædificiū fōtes de Tedeschi dictū. Principalis Religio est Catholica attamen Græcis & Armenis Religiosis adest exercitiū, uti & Judæis 7. Sinagogæ. Urbs gaudet fracaosissimo & annumeratur pulcherrimis & ditissimis Orbis.

CAPUT

C A P V T I I.

§. I.



Um sollicitudo longius progrediendi in itinere meum animū auget diutius Venetijs morari non potui, ideoq; ægrè hac Urbe amplissimā & nobilissimā, cimbam, quæ assiduè Pataviam it, & remeat tam nocturno tēpore, quàm diurno ascēdi. Cum pluribus alijs vectoribus igitur secundo flumine medoaco delatus Patavium appuli, Urbem antiquissimā ab Antenore Græco conditā post Trojæ urbis excidium, hæc urbs ad supradicti amnis ripā in planitie jacet.

Decora hujusce Urbis, qui vult sedulò cognoscere, adeat historicos non paucos, qui plenissimè de hac urbe scripserūt; sufficiat mihi tantum indicare logum murorum ambitū ad septem milliaria, extensum, quibus cingitur, additis alijs mænibus vetustioribus, quibus olim augustius circūdabatur, sed nunc pomeriis longè extēsis unā cum turribus ijsdem mænibus junctis gaudet.

Magnificum Templū Divo Antonio dicatum cernitur accurētibus ex qualibet totius orbis terrarum parte in numeris peregrinis, famā miraculorum hujusce supradicti Thaumaturgi cōmotis, qui quotidie ad arā Divi Antonij, in qua etiam suum Corpus colitur cum magna veneratione, cōfluūt & assistunt, innumerae lampades ingentis magnitudinis & magni prætij, noctu dieq; ardentes ad altare pendēt; lingua benedicta ejusdem Divi Antonij per tot sæcula incorrupta vivida & rubicunda oculis devotorū fidelium ostēditur; supradicta Ecclesia olim idolorū cultui & falsis numinibus erat dicata.

In media urbe Palatium publicum confurgit, in quo Aula immensæ latitudinis & lōgitudinis porrigitur, mirabilis Architectu-

C 2

ra in

in hoc ædificio publico eluxit sivè externā faciē columnis plurimis & porticibus innixā, sivè niternū multarum catenarū agerie colligatam ad sustentādum fornicē solidissimō plūbō contectum aspicias.

Aula hæc pro asservādis notariorum Archivio & declamationibus advocatorum inservit, ex utraq; parte porticus; sub quibus multæ officinæ omni lanificiorū genere & servitio refertæ sunt, plateæ cōtinuantur, interjectis utrinq; plateis oleribus fructibus & pisciū copia pro alendæ vitæ humanæ cōmodo plenissimis. non procul ab hoc Palatio aliud Palatiū pulcherrimū & magnificū assurgit, præfecto urbis pro domicilio destinātū, in quo præter alias Aulas latissimas unā reperitur, *viridis* appellata, eximijs picturis ornata, addita librorum copia; In hac Aula solemnes recuperatorum academiæ certis mensibūs indictæ celebrātur, editis & recitatis argumētis ad eruditionē bonarū literarum spectantibus.

Archilycæum Patavinū omnibus disciplinis, viva doctissimorum Professorum voce tradēdis accōmodatum visitur, confluētibus ad hoc gymnasiū veluti ad nobile emporium omniū artiū liberaliū adolescentibus externis ex diversis nationibus: Germani etenim Galli, Poloni, Belgæ, Itali recurrentibus annis huc semper veniūt, sumuntq; insignia Doctoratūs post actum suorum studiorū curriculū in facultate Theologiæ vel Jurisprudētiae, vel medicorū; turris altissima imminet huic scientiarū athæneo cum ære cāpano: hujus tinnitu & pulsatione professores advocātur una cum studiosis.

§. II.

Palatum Episcopale vetustū, sed pulcherrimū cōspicitur, in quo magna aula, depictis omnibus Episcopis Patavinis in pariete reperitur, extēsā condignatione lōgā & deauratā, hæc edibus Episcopalibus junctū est Sacrum Collegium, quō ejusdē collegij Patres & Professores cōveniunt pro inaugurādis adolescentibus, qui laureā doctoralē suscipiūt. In supra dictis facultatibus magnus Cancellarius præfati Collegij est Episcopus Patavinus pro tempore existens.

Pala-

Palatio Episcopali juncta est Ecclesia Cathedralis primū longā temporis vetustate fatiscēs, nunc ad meliorē formā redacta, magnificentiā intus & foris nō minorē exhibet, insigni capitulō & Seminariō gaudet, corpora multorū Sanctorū præsertim Sācti Danielis Martyris habet: præterea reliquas Sāctæ Crucis, Divi Laurentij afflātum pedē, Divi Caroli, adjectā Imagine Desiparæ miraculis clarissima sub nomine Assumptionis.

Conspicuum Monasterium unā cū templo Divæ Justinae Martyri dedicato Ordinis Sācti Benedicti magnificū in prato Vallensī existit magnitudine & Claustris cōspicuum. Fluvius Medoacus per diversas urbis partes navigabilis & amænus interfluit. Oppidū seu Castellū antiquissimū cum magno claustro & arce munitissima, exsurgit, in qua turri sexcētos Cives Patavinos Jussū Eccelini Tyrāni fama perijisse refert.

Floruit in hac urbe Patria Titus Livius celeberrimus historicus cujus antiqua domus adhuc integra exteris illuc accedētibus ostenditur, sepulchrū Antenorī conditoris Patavij super duas columnas erectum visitur, in platea Divi Antonij Carraviensium Principum olim Patavij, sepultura Dominorum unā cum equo, cui Getta melata Dux strenuissimus Reipublicæ Venetæ ære constructo consurgit.

§. III.

Egressus Patavia ad montē *Aposnum* dictum me cōtuli, ubi balnea saluberrima apellata Sāctæ Helenæ ægris undiq; affluentibus existūt, aquis calidissimis scotentia, quæ tantam vim habent caloris naturalis insiti, ut ova & pullos finè ope ignis admoti optimè coquantur; non procul ab his balneis fōs quoq; saluberrimus, *aqua virginea* nuncupatus prorumpit; surgit ab uno latere mons altissimus, in cujus vertice est Monasteriū Camaldulensium dēso nemore cinctū unā cum Ecclesia disseminatis hac illac variis domunculis parvis Ecclesijs, harum unaquæq; est juncta

63

juncta ab hoc edito monte prospectus longissimus tum urbis Venetiarum tum Patavij una cum universo agro villis & pagis refertissimo patet.

Montem Silicem vetustissimum oppidum a fluvio Medoaco interfluente divisum perveni hic septem parva Ecclesiae ad normam septem Basilicarum Urbis Romae per aliquot intervalla disjunctae consurgunt, in quibus visitandis Indulgentiae dispensantur impetratae a summo Pontifice ab vno Legato Veneto de familia Duodo, Romae tunc temporis existente ob commodum illorum qui Romam pergere nequeunt propter distantiam quae intercedit.

§. IV.

A Restae longe pulchrius oppidum muris vetustis cinctum alluente fluvio Medoa perveni: abundat haec parva civitas omni genere fructuum & reliqua annona, qua cives & incolae affluenter utuntur ad delicias usque; denominationem ab hoc oppido sumpsit familia Principum Aestiorum qui nunc Mutinae ac Regij Ducatum obtinent, ut historiae de hac re fuse tractatae nos docent.

Rodigium Urbem alteram sub ditione Veneta non ignobile veni, manibus pariter cincta, decurrete pro Athesi fluvio celeberrimo navigationi pervio importationi & exportationi mercium valde comodo: adest in hac urbe Episcopalis sedes una cum Seminario, militum hic praesidium; seu statio assidua est.

§. V.

E Gressus ab hac parva Urbe, Terram Dominio Pontificio obnoxia, indytam & vetustam urbem perrexi; haec elapsis saeculis duos Duces habuit: Demum devoluta ad Pontifices; legato ab urbe Roma missa subjacet, oppidum habet munitissimum

tissimum, lacu profundissimo cinctum, una cum Cathedrali Ecclesia addito insigni Capitulo ex flore nobilitatis Ferrariensis collecto, manibus longe latissimis & munitissimis circumdatur, vias amplas & latas habet.

Palatia magna, non desunt Monasteria, & Tempa super eminent. Fontes, & plateae pulchrum intuentium oculis apparatus conciliant in uno praesertim foro longissima columna eminet, in cujus vertice Cathedra Pontificia variis gemis contexta cernitur, sedente Clemente octavo summo Pontifice cum manu benedictionem toti Urbi impartiens ex aere expresso. Judaei intra mœnia civitatis sedem optimam & pulchram sepositam a Christianis aedibus obtinent, equus ex aere fusili conflatus visitur in foro, cui insidet Alfusus Ferrariæ Dux ultimus.

§. VI.

Post visam & bene lustratam Ferrariam Urbem statui me Bononiam conferre, urbem vetustissimam opulentissimam & laude scientiarum, quas in publico Gymnasio Doctores eximij docent, celeberrimam ad similitudinem Urbis Palavij; tota est longis & latis porticibus contexta commodum iter ambulatibus per urbem suppeditas, arcet etenim illos a Solis radiis & tuetur eosdem a pluvia, si forte ingruat.

Palatium Publicum eximium propter magnificam structuram ostendit, forum latissimum habet adjunctum statuis marmoreis & fontibus ornatum succedentibus aliis plateis seu vicis amplissimis piscibus & oleribus vendendis inservientibus, intermixtis aurificibus & alijs mercatoribus variarum mercium, theatra non pauca, areas amplas occupat, praesertim illud, quo de Malveci appellant.

§. VII.

Monasteria seu Canobia Religiosorum amplissima & magnifica continet una cum Templis, eximij picturis optime orna-

ornatissimis. Est Ecclesia Monialium Divæ Catharinæ Bononiæ dicata, in qua corpus, imò eadem Sancta in subtelio sedens tota flexibilis veluti cera ad nutum Abbatissæ, colitur magna cum devotione erecta Ara magnificentissima, recurrente quolibet annò nova vestis *Monia Regna* cõsona superinduitur, detracta antiqua cujus innumera frustula secant Moniales ejusdem Ordinis & veluti reliquias petetibus dispēsant, in varijs orbis partibus miro cū artificio elaboratis.

Institutum seu domicilium omnium scientiarum profert, una cum turri speculatoria observationibus Astrologicis accomodata, procuratè Generali de Marfilij, egregio viro & Mecenate optimo, qui paucis ab hinc annis diem supræmum clausit summo cum mærore totius Reipublicæ literariæ. Gaudet præstantissima Academia, quòd in ea viri in omnibus scientijs versatissimi extiterint, ut literarum monumenta ab ipsis edita in varijs materijs testatur.

Floruit olim pariter Accademia egregiorum pictorum Gvidi-
reni, Caraci, Rafardis de Urbino una cum alijs excellentissimis Viris, qui ad vivum, ut exprimerent, sunt conati, omnia naturæ opera miranda, quæ summus rerù Conditor perfectus efformavit, turris de Afinellis apellata adeò eminent longe supra domos & palatia ejusdem urbis, ut cælo finitima videatur.

Adest & alia turris lōge inferior altitudine cernentibus casura apprens; contiguum prospicitur magnificum Templum seu Cathedralis Ecclesia Divo Petronio inaugurata: pariter suspicitur propè forum extrâ urbis portas lōga series arcuum opere fornicatò elaborata per tria milliaria oculorum aciem usq; ad verticem collis seu montis, in quo adest Ecclesia Deiparæ Virginis ipsa Divi Lucæ manu depicta, multa populi frequentia & devotione colitur, multa impensâ in dictis arcubus seu porticibus construendis ambulationem ascendentibus tutâ ab imbribus per tria milliaria fuit collocata erogatis pecunijs exdiversis artificum ministerijs urbem incolentium collectis & nunc in nobilissimam usu magnificentiam eidem Urbi conciliantem destinatis.

§. VIII.

§. VIII.

Non procul à porta Mammola mons amænissimus consurgit, in cujus culmine Monasterium Patrum Olivetanorum eminent, cujus claustra satis ampla. Ordinem quadratum continuatim porticus columnis innixi exhibet, quorum parietes laterales picturis præstantissimorum pictorum, qui sua ætate florebant, dilati intuentium præsertim exterorum oculos alliciunt. Junctâ eidem Monasterio est Ecclesia aris marmoreis & picturis ornata sub titulo Sãcti Michãelis. Phenus fluvius navigijs vehendis idoneus diversas urbis partes abluit, & civium commodo pro exportandis & inferendis rebus annonæ, alijsq; usibus necessarijs inservit.

§. IX.

Protracta per aliquod dies mora indulgendi meo genio in hac urbe, tandem eandem relinquere statui, & ulterius progredi, ut alia loca & Urbes temporis beneficiò accedente verno tempore itineri facièdo opportunissimo liberius viderem. Prima sese obtulit Urbs maritima valdè munita inspectis alijs Pisauro, Ancono, Arimeno, & Lauretò celeberrima, licet parva urbe propter Sãctuarium Domûs DEI-paræ Lauretanum, quo assidue turmatim Christifideles pro devotione confluunt, ex omnibus mundi Plagis.

Dies me deficeret, si de thesauris ingentibus, si de gemmis, quæ in hac Ecclesia recõduntur, vellem differere, varijs temporibus à magnis Regibus & Principibus donatis cum summa munificentia, & opulentiâ, quæ captû humanum superat, & stupore oculos intuentium percellit.

D

§. X.

§. X,

Penes Ecclesiam Lauretanam est Collegium seu Seminarium Alumnis nationis Illiricæ destinatum, à Sixto quintò summo Põtificè fundatum, multis redditibus auctum. Domum pauperrimã Lauretanam inclusam in majori Ecclesia ex Nazareth unanimitè cõsensu hominum ab Angelis illuc fuisse transvectam, res indubitata est, ut ex historia non una colligitur; Duæ adhuc Patinæ seu scutellæ, in quibus DEI-para Virgo sibi & JESU parvulo cibos parabat, adjectò caminò ad ignem faciendum demonstrantur, quas res Christianus oculus se à lachrymis temperare nequit cum aspicit, mens etenim statim occurrit & recolat immesos divinæ miserationis thesauros ex capite Redemptionis derivatos pro reparatione humani generis ex culpa Adæ miserè perditii. Trãssationem hujuscè Domus Sãctissimæ tertiã-vice fuisse factã, pij facti nos docent.

Multis ab hinc annis barbaros non exiguò numerò conflatos per mare huc appulisse refertur, eã intétione, thesaurum, gemmas omnes supradicti Sãctuarij diripiendi, sed avaritiã obtæcatos, miraculò promptò DEUS elusit, statim ac terrã Turcæ suis navibus attigerunt; nubes intensæ obortæ coram oculis fuerunt, ereptusq; ab oculis Ecclesiæ Lauretanæ prospectus, confusos ad sua navigia remisit, imò fertur quod vicinitate loci cum essent persvasi, licet sanctuarium oculis non viderent, tamen iter longius extendebat, sed non sinè miraculo Domus Sanctissima Lauretana quò plus Barbari celeritate cursûs procedebant, ut locum optatum suis direptioibus consequerentur, longius ab eorundem passibus recedebat. Non sinè lachrymarum compunctiõne, quæ ab oculis meis defluerat Sãctissimam & Beatissimam hanc sedem reliqui, susceptaq; via ad civitatem Fulginatensem perveni, Patriã inclytam Beatæ Angelæ Fulginatensis, cujus corpus intactum in magnifico sepulchro repositum impensè colitur & multis miraculis idètidem clarescit; prædita est

hac

§. XI.

hac civitas omnibus rebus vitæ humanæ necessarijs, saluberrimo aère, & optima sitûs positione gaudet.

Cibò aliquantisper refectus meum iter Assisum versus sum profecutus, usq; dum perveni ad supradictum locum, Patriam Divi FRANCISCI Seraphici, qui erectus manet & nemo admittitur ad videndum propter summam loci venerationem. Narratur de uno Põtificè, quod nescio si curiositate vel devotione tantum propriã Authoritate voluit invisere, & cum pedes Divi Francisci cuperet osculari Sanctus miraculo statim edito pedem retraxit quem postea protulit cum per obedientiam à Pontifice indictam jussus est, ut pedes osculari sineret, annuit Seraphicus, sed nocte sequenti præfatus summus Põtifex animã DEO reddidit. Cænobium amplissimum habet, in quo multi Religiosi ejusdem Ordinis Sancti Frãncisci degunt; & psalmodiæ assiduè vacant, omnibus temporibus accurrente frequentia exterorum hominum illuc confluentium propter devotionem ejusdem Seraphici, die præsertim recurrente. Portiunculæ deinde concessi duobus milliaribus ab Urbe Assisio distantem, ubi recolitur memoria Christi è cælo visibiliter delapsi, cum DEI-para Matre ad unam parvam Capellam adhuc superstitem, ad quam Beatissima Virgo cum JESU Christo Divum Franciscum operã Angelorum deduci jussit, & vix adductus cum ingressus in illam parvam Ecclesiam DEI-paræ cum JESU Christo faciem vidit & Seraphicus statim procidit in terram, sed confirmatus & gaudio perfusus alloquij ejusdem Virginis, quæ sic allocuta fuit, animum & vires resumpsit, interrogationeq; à DEI-para factam, ut quid vellet postularet intercedentibus meritis sui Filij & nostri Salvatoris: hilaris hujusmodi plenariam Indulgentiã à pænâ & à culpa omnibus Christi-fidelibus locum hunc visitatibus enixè precor & humilli-

Dz

mus

mus imploro, cui JESUS Christus respondit; Rem magnā Franciscę petis, sed fiat atq; impletum sit tuū desideriu.

Supradicta Capella in medio Ecclesię stat, cum iisdē hostijs, quibus erat prędita, quādo rātum miraculum fuit patratum parvus quoque hortus penes sacellū ejusdem Ecclesię cernitur, in quo adhuc superest dumetum seu vepres, in quibus Divus Franciscus tentationibus carnis à Dæmone vexatus volutabatur, ut certam victoriam & triumphum adversus eundē diabolum sic mulctatum reportaret, corpusq; suum spinarum aculeis laceratum medelam apud Angelos à DEO missos accipiebat, cōcentum suavissimum auribus in extasim raptus hauriebat, doloremq; acerbissimum ex spinis expressum, in lætitiā incredibilem veluti in lacū placidissimum demergebat.

Solent peregrini huc accedentes, ob memoriā mysterij pijsimè permoti postulare folia ex spinis avulsa à benignissimis Fratribus Franciscanis, qui libenter cuiq; dant, cū evidentia doceat hujusmodi folia adversus sagarum prostrigia seu incantationes admodum valere, & pueros infantes à veneficijs tartareis pręservare.

§. XII.

Assiō Urbe relicta Perusiam urbem antiquam & inclitam perrexi, in loco edito positam manibus cinctam verustis unā cum Castello munitissimo, quod fuit excitatum ad compescendam cōjuratorū civium audaciam jussu potestatis Pōtificię, cui eadem civitas subiacet, ædificiis eximii & templis ad magnificam decentiam ornatis latisq; gaudet, Gymnasium publicum in quo egregij viri scientias omni genere eruditionis & Facultates priscis temporibus tradiderunt, ostendat, quod adhuc floridum viget numero & concursu studiosorū, qui vel Jurisprudentię, vel Medicinę, vel Theologię aut Mathesi strenuam operam impendūt, accedente vivā voce Professorū eosdem docentiū. In Ecclesia Cathedrali

thedrali asservatur pretiosissimus annulus cū quo Sponsalia Divus JOSEPHUS contraxit cū Beatissima MARIA Virgine.

Egressus Perusio properavi montem Falcū ascēdere, ubi corpus B. Clarę ejusdem loci civis asservatur integrū & incorruptū, fuit ab eodē corpore detractū cor, in cujus superficie omnia passionis mysteria Christi impressa apparent. Ecclesiā hęc unā cum Monasterio monialiū Ordinis Sācti FRANCISCI continet hoc oppidum montefalco appellatum; ostenditur in sacello Ecclesię Patrum Ordinis Sācti AUGUSTINI corpus cujusdam Peregrini in formam decubentis intactū & incorruptum: narrant eundem peregrinum illuc advētasē, & confedisē pronunciatis prius istis verbis: *hic conquiescam, donec post me peregrinus alter accesserit, & sic obdormivit in Domino & in eadem positione, qua jacuit, nunc pariter manet.*

C A P V T III.
§. I.



Lijs civitatibus ditionis Pontificię minoribus per viam inventis & pręvisis, Romam totius Orbis terrarum caput & pręcipuam Urbem, magnificentiā & amplitudine Palatiorum & Templorum conspicuam anchoram mundi fluctuantis adire volui, ad cujus fortunatissimos colles & portas osculavi cū perveni veluti Beatissimam Sion licet terrenam universam Hierarchiam Ecclesiasticā mirō ordine constitutam repręsentantem unā cum summo Christi Vicario longius salutavi & proximus factus ulnis extensis felicissima mēnia sum amplexatus, meosq; primos gressus ad stupendum & mirabile Templum seu Basilicam Divi Petri Principis Apostolorum direxi, & vix pedem posui in platea magnificis porticibus exornata assurgente & veluti sidera petente obelisco immensę magnitudinis & altitudinis, staim devotionis fervore

fervore incensus templum subivi, adoratoq; Sanctissimo SACRAMENTO ad tumulū Divi Petri postmodū cucurri, & flexo poplite patrociniū potentissimū ejusdem Apostoli tacitus imploravi, ut animam piam & devotam usq; ad extermum vitæ meæ spiritum apud Altissimū procuraret.

His precibus fufis affurrexi, & oculos huc illuc convertens per amplissimā hujuscē Basilicæ periphæriam, seu circuitum, horror quidē Majestatis & devotionis me totū sensusq; omnes tum linguæ, tum oculorum occupabat, nihil etenim in illa apparebat, quod magnificentiā nobilitatem præstāciam nō spiraret; innumeras aras mirō artificio suspēsas, cū hæc omnia cōspiciebam statim species Templi Jerosolimitani à Rege Salomone cōstructi occurrebat & similitudinē hujuscē Basilicæ in illa Divinā structura à DEO ordinatā, meū ipse mēte respiciebā, & laudes interrius multas DEO dabā, quod sic dignatus fuerit divitias Regni sui in terris pādere, incrementō orthodoxæ Religionis ad cōterēdū fastū & superbā Urbis Romæ Ethnicæ idolorum servituti mancipatæ; horas reputabam momenta cū in hac Ecclesia admirabūsus versabar, detētus undiq; gratissimis objectis, quæ à me plus visa majorē videndi cupiditatem in meo animo accēdebant. Suffecisset meæ admirationi explēdæ Tribuna illa magnifica ad sepulchrū Divi Petri excitata ab URBANO VIII. tota ærea facta, purō aurō illita miroq; artificio elaborata, ardētibus circūquaque plurimis lampadibus & cādelabris argēteis. ex templo Pantheon à Marco Agrippa cōstructo desumpta fuit jussu URBANI VIII. Pontificis Optimi Max: materia illa ærea ex qua cōflata fuit supradicta Tribuna unā cū Cathedra Divi Petri ære fusili cōpacta, deposita summorū Pontificum INNOCENTII XI. OCTAVI, ALEXANDRI pariter VIII. GREGORII XIII. CLEMENTIS VII. & aliorū nobilitate materiæ æris & marmoris excellētiā artificum magnifica prostant. Christina Svecorū Regina sepulchrū pariter magnificū occurrit in numismate æreo deaurato effigies ejusdē Regina expressa infra addito marmore, in quo cōversio ad fidem

Catho-

Catholicam & Romam adventūs cum alijs circumstantijs mirificē veluti Historia oculis subjicitur & repræsentatur.

§. II.

Silentio non prætereo innumeras Reliquias, quæ hic asservantur, & stas temporibus populo solenni pompā, nuncupatis eorundē nominibus, palam ostēduntur, inter has Reliquias rarissimas reputatur lignū Sactæ Crucis & Velū Divæ Veronicæ, in quo idē vultus JESU CHRISTI Salvatoris trāsusus ad vivū remāsit, cum sudorem è fronte defluentem deterfit, cum ei obviam facta fuit, quādo cum Cruce Calvariæ montem ascendebat, horas sicut momenta reputavi cum in hac Ecclesia felicissimam moram traxi, à qua egrediēs per portā sanctā pro Jubilæo apertā, sicut antea fuerā ingressus, in primum vestibulum descēdi duoq; equi ex marmore facti statim occurrerūt, quorum uni insidet Constantinus Imperator miro artificio & industria artificis expressus, alteri Carolus magnus Imperator prominet; Scals magnificas ad fulcrum & ornatum habet interjectis columnis, quæ ad Capellā Paulinam Picturis eximijs ornatam ducunt, in qua Pontifices celebrare solent intervenientibus, omnibus Cardinalibus recurrētibus Festis solennibus deinde per aulas latissimas picturis pariter excellētibus corruscantes infinita cubicula portuū prospectus obviam habui, attonito simili propter incredibilem objectorum frequentiam, quæ separata peculiarem observātiā sibi sola vēdicarent, collecta ingentem stuporē inducerēt.

Bibliotheca Vaticana tanta librorum copia locupletata intuentium supercilia ad admirationem commovet, volumina rarissima, quæ nullibi reperiuntur hic asservantur, etiam Codices & libri ex materia corticum arborum, foliorum & pergamenæ compacti, quibus utebātur antiqui. In ista Bibliotheca celeberrima custodiuntur exemplaria, sed vetustate nimia labefactātur, operā scriptorum Ec-

clesiastico-

clericalium, qui ad hoc cum honorario satis generoso sunt conducti, sedulâ operâ reparantur & characteribus recentis reddita ingeminantur.

Armamentarium in eodem Palatio Pontificio cernitur, in quo telorum genera reperiuntur præsertim antiquorum, quorum usus exolevit. Copia tantorum armorum sufficere posset ad instruendos quadraginta millia pedites, lorice clypei, sagittæ diversi generis reperiuntur. Viridarium amænissimum ad solatium, & voluptatē honestam Pontifici procreâdam prospicitur, fontibus suavissimo murmure defluentibus unâ cum areolis florum diversi generis ac delicijs usq; repletum: stabula capacissima pro equis alendis obinet, horologium in facie palatij Pontificis expositum ostenditur, per longam murorum continuatam seriem, fornicibus tutam Pontifex tutissimè nec visus ad Castellû Sãcti Angeli potest pervadere, ut CLEMENS VII. Aldobrandinus ivit, quando Carolus Borbois Urbem Romam invasit & direptionibus & sacrilegijs complevit.

Hoc Castellum seu oppidum nomine Sãcti Angeli à Pontificibus capit nuncupari, sed antiquis temporibus *Adriani moles Imperatoris Paganis* qui floruit ante adventum CHRISTI Domini. Derivant aliqui etymologiam hujusce nuncupationis Sãcti Angeli ab illa visione quæ per hominum ora circumferebatur, nimirum quo tempore pestis Romæ sæviebat visus est Angelus per aërem remittere gladium in vaginam, indicio apertissimo, quod lues illa pestifera finem erat habitura, sicut contigit: DEUS etenim Optimus Maximus commotus precibus orationibus & processionibus extinxit, hic arma multa reperiuntur necessaria ad propulsandas hostium agressiones validissimas. In hanc arcem SIXTUM V. Pontificem maximum intulisse quinque milliones ante suû obitum ferunt, Castellanus hic præest, qui Thesaurario urbis, qui solet esse Prælatus, subest, presidium militum assidue excubias agit prope fores, & supra primum propugnaculû solent fieri demonstrationes ignis artificialis

cialis per varias figuras & modos elaborati, & istâ congeriem stellarû collucentium ad gratum spectaculum populo Romano conciliadû nûcupare solêt Gerâdulas, quæ solent fieri quolibet annò magnis impêsis recurrêtib; diebus Electionis Põtificis & Coronationis.

Veluti carcer istud Castellûm constituitur, personis nobilitate, generis à dignitate conspicuis; quæ si forte fortuna crimen aliquod in se admiserit, in pœnam conjicitur in istâ arcem. Aliquando accidit quod Cardinales in ea perierint; Jûgitur huic fortissimo propugnaculo pons magnificus statuâ marmoreis circumornatus à peritissimis artificibus, speciem Angelorum referentium omnia mysteria passionis Christi accomodatis: firmissimû arcus & falera magna latitudine prædita in sua duratione quâdam veluti æternitatem pollicentur, irasq; fluminis Tiberis sæpè sæpius intumescens cõpescit frangitq;. In pontis extremitatibus ad utrumq; latus prominet statua Divi PETRI & PAULI ab artificibus peritissimis efformata ad ripas ejusdem amnis imminet xenodochium Sãcti Spiritûs capacissimû pro recipiendis innumeris ægris puellisq; alendis, numerò octingentis orbatis Patre & Matre, & pro nutriendis spurijs.

Aliæ ædes adnexæ ibidem visuntur, adjecta collegiata Ecclesia in qua Canonici officia chori exercent, Primas habente in hoc capitulo Priore, qui Prælato commedatario residente in eodẽ xenodochio subjectus est. Priores & Superiores de corpore nationis Polonæ semper eliguntur, quibus onus incûbit ægris invigilare. Isti veluti Religiosi Regulares censentur, nec condere possunt testamenta ad favorem suorû hæredum, sed tenentur totû suû assen seu hæreditatem dictò locò piò relinquere, multis redditibus abundat præfatum valetudinarium, multas etenim villas & pagos possidet, Abacum, in quo publicæ pecuniæ privatarum personarum reponuntur pro fructibus & interesse, solutionem earundem supra se assumit.

§ III.

ANtequam opera mirabilia, quæ in Urbe Româ passim cernuntur, animus mihi fuit rectâ pergere ad montē Quirinalem, in quo est positum Palatium Pontificum latè extensum, quod amplissimū Claustrum efformat ad recipiēdos innumēros currus idoneum, in cuius capite prominet veluti alta turris, horologiū pulcherrimum & magnū referens, subjectâ infra in parte Imagine Dei paræ à Carolo Marata eximio pictore nostri temporis ad vivum opere Mosaicò expressa speciosas aulas picturis eximis ornatas exhibet, supradictū Palatiū relictis innumeris cubiculis optimè ornatis domicilio Pontificis destinatis scalam magnificas ingeminatas ad cōciliandū majorem ornatum ostendat, hortū amœnissimum arborū umbris est artē folijs suis opacis semitas tegentibus, ut ambulātibus radij solares non noceant.

Fontes pulcherrimò artificiò elaboratos cernere est varijs aquaductibus & canalibus instructissimos, ad aquam huc illuc deferendam pro florum & fruticum irrigatione vel sursum tollendam ad gratum spectaculum oculis cernentium officendum; editò murmure dulcissimo, qui cum avium cōcentum conjūctus incredibilem audientibus voluptatem procreat, lōgus ædium tractus excurrit, qui domiciliū satis commodū Helvetis militibus custodiæ Pontificis destinatis præbet, salientibus in altum undis per antleas, mirificos jocos aspiciētibus exhibent, varijs enim Vibrationibus huc illuc discurrentibus, cum risu spectantium in cantos obsident, madefaciunt aliasq; semitas occupātes alius imber magis copiosus improvisus intercipit insidijs artis præparantis hanc pluviam è terra erūpentem madi di evadunt.

Pro solatio Pontificis galeria reperitur varijs naturæ & artis prodigijs referta, per quam in ambulare solent Pontifices, cum datur hora respirandi ab assidua sollicitudine Gregis universalis Ecclesiæ sibi cōcredita. Extra Palatiū Pontificiū prostant in medio plateæ duo

equi

equi marmotei eximie magnitudinis, quos Phidiam & Praxitellem excellentissimos sculptores elaborasse, litteris proditū est ex adverso militū statio apparet à Regnate summo Pōtifice CLEMENTE XII. in meliorem formā redacta, cui stabula pro equis Pōtificis recipiēdis cōstructa nō sine magna impensa sunt contigua. Alterū Palatiū prope est, quod domicilio Prælati consultò præfidijs inservit. Conjunctū Palatio Pontificio cernitur parvum propugnaculum tribus tormētis bellicis instructū super cujus pinnacula vexillum Pontificium, quando Benedictionem publicā impartiri solent, explicatur.

Palatio Pontificio sedulo lustrato Basilicā S. MARIÆ majoris, Templum magnificētissimum adivi, in quo tot Reliquiæ præsertim cunabulū, in quo vagijt JESUS Infans, in pervigilis Nativitatis Domini ostēditur, & expositum manet. Lateranensem deinde Basilicā visitavi, antiquissimā structura elaboratā, in qua capitulū conspicuū & sancta Sanctorum ubi capita Divi Petri & Pauli asservantur magnā cū veneratione, huic Basilicæ jungitur immediatè Palatiū à Sixto V. excitatum, in quo nunc degunt puellæ octigētæ Parentibus orbatae, quæ alimoniam & vestitum habent usque dum vel moniales, vel nuptæ juxta suam conditionē generis evadunt.

Non longè disjūctus ab Aula Lateranēsi Porticus apparet, intūs habet penetrabilia latissima cū Capellis Altari & cratibus ferreis inclusum manet, vocatur Sācti Salvatoris, quod in ingētibus urbis & Orbis calamitatibus solet extrahi, in primo statim limine hujusce Porticus scala sancta obversatur jussu Sixti quinti summi Pōtificis ex Hierosolimā advecta, quam devoti Christi fideles quotidie turmatim ascendūt. In medio plateæ assurgit obeliscus ex Ægipto ad vectus magna altitudine præditus: assurgit duplex Xenodochium unū pro agris hominibus, alterum pro mulieribus pariter ægrotis erigitur non procul ab hisce ædibus parva Ecclesia antiquissima occurrit, in qua fuit baptisatus Cōstantinus magnus à Sācto Silvestro Pōtifice hac de causa Baptisterium vulgò nūcupatur Cōstantinianū antiquissimis picturis in parietibus adhuc existentibus.

Ez

§. IV.

§. IV.

L Ateranensî Ecclesiâ benè perspectâ viâ rectâ se porrigente Amphitheatrû me cõtuli, ibiq; magnitudinè & latitudinè ædificij suspiciès stuporem nò exiguum cõcepi in tã admirando circo in cujus arena jussu Jmperatorû pugnabant homines cum bestijs & frequèter Christiani feris immanissimis objiciebantur, & identidè Divinitus Leones & Tigrides locò dilaniandi lambebant bruta illa pedes Christianorum, cû stupore universi populi Romani illuc accurrentis.

Narratur Neronem Jmperatorem ab alto & cõspicuo loco pugnas hujuscemodi ferarum cum hominibus sæpè spectasse ut gratius spectaculum adderet cum smaragdo oculis admoto prælia & duella aspexisse colore viridi illito: imò historici alij nò pauci asserunt, quod idem Nero Christianos jubebat induere pellibus ferinis, ut voces brutorû cum vocibus hominum cõmixtæ & cõfusæ horridam voluptatè ingererent cordi ferreo Neronis. Maximam hujuscè Amphitheatri partem dirutâ esse ajunt tẽpore Pauli III. summi Põtificis, qui ut cõsanguineis indulgeret per integram noctè permisit asportari saxa, quod poterat, illi præparatis antea innumeris rhædis acceptata volûtate Pontificis magnam vim saxorû abstulerunt, ex quibus totum Palatiû Farnesianum compactû esse dicunt profunda fundamèta habet istud amphitheatrû & subtus lacum esse ex multiplici indicio cõprobant nonnulli, intra pomeriâ seu muros hujuscè circuli parva Ecclesia propè fores reperitur ab uno Eremita custodita, ibiq; domiciliû habet, non procul ab amphitheatro arcus est Constantini magni, qui primus Romanorum Christianus Jmperator existit magnificètia in repræsentiadis opera scalpri peritissimi triumphis & innumeris victorijs ab eodè Constâtino reportatis elucet marmorea materia selectissimè adhibita in pulchras formas redacta.

Subsequitur alter arcus Titi Vespasiani Jmperatoris, qui Jerosolimas

solimas destruxit, cujus triûphos mutilatos injuriâ temporum vel malitia hominû antiqua marmora exhibent. Ingressus sum tandè cãpum Vacinium, in quo rudera antiquitatis sparsa huc illuc apparent, tum in templo pacis diruto altissimis fornicibus adhuc existentibus cõtinnuatò lōgo murorû tractu, qui protèditur usq; ad Monasterium Monialiû s. Benedicti; innuît, quod lapides hujuscè templi scissi fuerunt, eodè tẽporis momento quo in lucè fuit editus in specu Bethlehémico JESUS CHRISTUS Salvator Mundi: addunt, quod spolia illa & manubias ex ruinis tẽpli Salomonis Jerosolimitani & urbis simul fuerant asportata, vix in hoc templû illata, nèpè septem cãdelabra antiqui testamenti, arca Domini & alia vasa sacra, quod statim concepto incendio præfatum templum pacis combufferunt.

Non longè ab hoc templo Conventus Patrum tertij Ordinis Sãcti FRANCISCI Seraphici annexû Ecclesiæ antiquissimæ olim Idolis dedicata, hunc Martyribus Sãctis Cosmæ & Damiano, postes æreos crassissimos habet dicta Ecclesia, intus in choro opere mosaico, sive supra chorum sunt mirificè depicta duodecim pecora, non exiguæ magnitudinis: in medio opere pariter mosaico apparet JESUS CHRISTUS Redemptor, subtus Altare Capella subterranea per cratem ferream in modum orbis efformatum observatur, in qua corpora dictorum Martyrû jacèt, circû lampadibus quotidie collucētibus, ex adverso opposita est altera Ecclesia vulgo Sãctus LAURENTIUS in mirâda occupatur, quæ antiquitùs ædes Annæ & Faustini Jmperatricis uxoris Jmperatoris Adriani, stantibus adhuc columnis de ruina supradietâ ædis Gentilium.

Non paucis passibus hinc emensis occurrit Templum Sanctæ **MARIÆ** Liberatricis; historiæ piæ & scriptores referunt, quod in specu proxima & conjuncta huic Ecclesiæ tempore Sãcti Silvestri Pontificis cubabat draco qui, afflatu suò pestiferò homines necabat, ut huic malo exitioso occurreret Sãctus Pontifex accessit ad specû & virtute DEI omnipotētis altâ voce & corde invocatâ filiis tribus fauces cõstrinxit, & opinio invaluit, quod adhuc in specu ea

alli-

alligatus vivus iacet usq; ad diem Judicij mansurus. In hoc eodem loco apposita est imago B. V. M. cui erecta est Ara privilegio liberandi animam ex flammis purgatorij concessa cuilibet Sacerdoti ibidem celebranti.

§. V.

Non procul ad hoc loco lacus Curcij fuisse fertur, in quem pro liberanda Patria totus catafractus, cōsensus equo se immisit & projecit, halitus pessimus & pestilentialis ab hoc lacu exhibit, multiq; cives hac de causa infecti passim interibāt & vocē ab oraculo emanasse ajunt, quod ut ista lues penitus tolleretur, & lacus iste halitum maleficum cum flammis mixtum evomere desineret, si civis unus cōtentus morte præcepit in ora lacus aperta ruisset. In hoc loco est unus fons in forma faciei efformatus ex cujus ore aqua cum murmure silencio profluit, ad extinguendam sicim animalium, degentium in eodem loco Capi Vacinæ. Duæ Columnæ stantes adhuc apparent Palatij Neronis iucēdio consumpti, tribus alijs super extantibus erectis propè Capitolium, ad cujus capitolij radices est carcer Divi Petri & Pauli Neronis iussu detentorum, Gernonias istum carcerem appellabāt antiqui, in hoc carcere adhuc existit fons miraculo ex filice prorumpēs ad fulas preces Divi Petri, quando milites ad sui custodiam destinatos ad Christianāq; fidem cōversos lustrat; aqua tinxit. Supereminet huic carceri Ecclesia Sācti JOSEPHI spectans ad fabros lignarios urbis suæ confratriam ibidem habentes.

Arcus Cæij Septimi Cæsaris Pagani & aliorū Imperatorum magnificus cū varijs celaturis injuria temporum multilatis obvius occurrit, cujus medietas propter acerbos terræ motus per multos cubitus subter terram jacet, ulterius progrediens renovata Capitolij facies ante oculos obversatur, statuis tantum vetustis super fulgura validissima collocatis, quarū utraq; ex marmore candidissimo

constat

constat cum equis pariter marmoreis eximie magnitudinis, propè easdem statuas sunt fixa Trophea ex manubiis clypeis loricisq; cōflata, additis alijs ornamentis seu potius vestigijs ex antiquitatis rudibus erutis, quorum varia fragmēta nempe capitis Colossi & pedis immanis gigantis cū Urbe Roma ex statuis Regum captivorum de nigro marmore conflatis adjectis Numinibus Egyptiorum duobus repræsentalis sub forma annubijs.

In media area plateæ ipsius capitolij stat equus fusili ære ab excellenti artifice ad vivū expressus, cui insidet Marcus, Antonius, Pius Imperator Gētilium, fōs in capite plateæ mirifice elaboratus aquis salientibus huc illuc distributis, ad latera hujuscē fontis procumbūt duæ statuæ repræsentalis formā duorum flumium. In medio stat una fæmina, seu matrona marmorea manibus sceptrum tenens Romāq; Urbem repræsentalis, ab utroq; latere magnificæ scalæ cōsurgunt, quæ terminant ad fores Aulae Palatij Capitolini, in qua Aula Senator Urbis Romæ audiētiam publicam tenet & sententias seu Decreta super quasdam causas civiles fert, subter Aulam sunt carceres Capitolij nuncupati, in quos debitores civiles conjiciuntur; sunt aliæ aulae picturis eximijs & statuis Pōtificum ornatae pro domicilio Senatoris destinatae.

Mons Tarpejus & mōs Caprinus nō procul distāt, in quibus nihil singulare apparet, in fundo seu extrema parte Capitolij, quādo per gradus faciles ad plateam ascenditur: in primis angulis seu limitibus apparēt duo Leones procumbētes ex marmore pario compacti, ex quorum ore aqua per canales deducta proflit, ingentes scalæ latissimis gradibus & innumeris præditæ ascēsum gentibus parāt, usq; ad fores Ecclesiae Araceli appellata, quæ tempore Gētilium Templū erat Jovī Capitolino dicatum. Araceli est ex eo dicta, propter visionē, quā habuit Octavianus Cæsar, antequam fidem Christianā susciperet; hæc est illa venerabilis Araceli, de qua in legenda nativitatē Domini habetur hoc: Octavianus Imperator universo orbi Romanorum Dominationi subjugato ac victor:

Senat-

Senatui placuit, ut eum pro DEO colere vellent, prudens Imperator se mortalem cognoscens divinitatis nomen noluit sibi usurpare, ad solius totam Senatūs instantiā Sibillam Prophetissam advocat scire volens per ejus oracula, si in mundo major ipso unquā nasceretur; cū igitur in die Nativitatis Domini Sybilla in loco isto, qui tunc Lainera Imperatoris erat; oraret in meridie circulus aureus apparuit circa Solem & in medio Virgo pulcherrima Puerum suis habens in brachijs, tunc Sybilla hæc Imperatori ostendit, qui tam insolitam visionem admirans audivit vocem dicentem sibi, hæc est Araceli, statimq; hanc aram construxit, ac CHRISTO & MATRI ejus thura obtulit, seu ut ait Cæsar Baronius, hæc ipsa Augustus à Sybilla hoc est à Sybillinis carminibus, quæ Sybillæ nomine à majoribus assveverunt, accepit postmodum Anacletus Papa, qui fuit quartus post Sanctum PETRUM hanc Venerabilem Aram Cæli consecravit & dedicavit. In hac ara cæli requiescunt reliquæ SS. Helenæ Matris Cōstantini Imperatoris, quæ invenit Crucem Domini JESU CHRISTI, quiescunt, etiam aliorum Sāctorum Martyrum Arthenij Abundij atq; Abundātij Diaconorum.

Progressus sum rādem ad circum seu Amphitheatrum Marcelli dictum nunc Palatium Sabellicum appellatum; non longè distat Ecclesia Collegiata, quam nuncupant Sācti NICOLAI in carcere, propter denominationem, in quo Cæsar, Julianus dictus, priscis temporibus fuerat detentus. Non multos circiter passus progrediens reperi templū Solis nuncupatum rotūdum, columnis in orbicularem formam redactis ad tectū excipiendū & sustentandū, nunc Deiparæ à Christianis fidelibus Templū istud est dedicatū.

Sāctæ MARIÆ Egiptiacæ Ecclesia altera cernitur priscis temporibus Idolorum cultui mancipata. Hospitiū Armenorū cōjunctū est huic Ecclesiæ ejus administratio ad Armenos spectat, ædes antiquissima non magna quidem prostat quam vulgus & historici non infimi subsellij asserunt hujuscē domum fuisse Pontij Pilati, qui Jerosolimis JESUM CHRISTUM nostrum Salyatorem Mundi morti ad ju-

adjudicavit; Prominent ripæ fluminis, quibus olim pontis fracti & collapsi impetu aquarū arcus jungebantur, super quem pontem fertur, quod Constātinus magnus Imperator Christianus eximiam victoriā tulerit adversus suū fratrem prænunciatā in somnis verbis illis: *in hoc signo vinces*, sicut factū ostendit in fuso profligatoq; penitus ejusdē fratris exercitu.

Occurrit deinde Templū alterum Sāctæ MARIÆ in Cosmedin, hic adhuc ostenditur Effigies humana lapidea cum ore aperto effosa ex ruderibus antiquitatis, in hoc os si quis Ethnicus vel ethnica Juramentō prius elicitō manum immisisset ad explorandam veritatem, diabolus, ut illorū miserorum animas illaquearet, persydebat, ut si falsum jurassent manum illā amplius extrahere nō valerent; alij Authores, quod manus illa immissa ab occulta vi devorabatur.

In Conventu Sabinēsi Patrum Dominicanorum, qui fuit fundatus à Sācto DOMINICO, in quo habitabat etiā Sāctus HYACINTHUS Polonus cum suo fratre Beato Cessao, habitabāt temporibus elapsis etiam multi Sācti hujus Religionis & multi Pontifices.

Hi versiculi sunt scripti supra Ecclesiam sive portam?

Lege, intellige quisquis huc transis hoc loco:

Sanctus Pater DOMINICUS in Lucido mentis

Excessu cominus monstrante indigitante Bono

JESUS vidit agnovit, recensuit populosam

Ordinis sui sobolem sub expanso Virginis

Matris, Paludamento gloriose collectam

In Cælis, o felix umbraculum! o dulce

Spectaculum! o inestimabile solatium!

Relege qui transis & intellige transire,

Omnia, sola æternum stat gloria;

Supra Portam Capituli hi versiculi.

In hac æde Capitulari Sanctus Pater

F

DOMI-

DOMINICUS duo Germana Polonia
Lumina Sanctum HYACINTHUM & Beatum
CESLAUM sacro sui Ordinis habitu
Manibus proprijs decoravit,

In medio Ecclesiae jacet petra, quam diabolus projecit ad Sanctum DOMINICUM, dum orabat nocturno tempore in Ecclesia, quae conservatur usq; ad hodiernum diē ob memoriam cū inscriptione.

§. VI.

Plateas Urbis obambulans occurrit illa non valde ampla sicut deceret, in qua erecta est Trojana Columna ab Imperatore, eodem in altū sublata descriptis mirifice per varias ejusdē columnae Orbes Triumphis ex suis hostibus reportatis: super verticē ejusdem columnae statua aerea imposita est Divi Petri. Ad alterā plateam properavi in qua altera columna surgit Trophaeis pariter descriptis circa superficiem extremā ejusdē columnae Marci Pij Antonini Imperatoris, super cujus culmen imminet statua Divi Pauli, manu gladium tenentis.

Tandem ad plateam portae perveni in medio obeliseus seu pyramis excelsa assurgit à SIXTO V. summo Pontifice multis impensis erecta varijs Aegyptiorum hieroglyphicis, & signis ornata; in capite viarū aditum pādentium ad urbem utriusq; Ecclesiae duae pulcherrimae & architecturā simillimae prospiciuntur, sacra supellectili pretiosis Reliquijs & egregijs picturis refertae, quas elapsō saeculō Cardinalis Castaldus erogatis multis pecunijs cōstruxit, prope portam magnificam est Ecclesia DEI-parae Populi nuncupata, Capellis pulcherrimis egregijsq; picturis abundē instructa à Patribus Ordinis Sācti AUGUSTINI administrata, cui magnus, Conventus ad domicilia eorundē fratrū destinatus adjungitur.

Ante aedificationem Ecclesiae supradictae conditū fuisse corpus Neronis Imperatoris Tirrani literis traditum est, ibiq; fuisse arborē

rē procerā, sub cujus radicibus latebat cadaver supradicti Imperatoris: sedem veluti suam elegerant hic mali daemones, qui noctu dieq; varijs spectris apparentes homines praetereuntes terrebant. Delatis hiscē vexationibus daemonū ad aures Pōtificis tunc temporis regnātis, iste orabat DEUM, ut huic malo medelā opportunā afferret: nocte sequenti adfuit divinum auxilium in somnis, indicavitq; ut ad illum locū accederet cum securi datis tribus ictibus trūco infaultissimo arboris daemones statim locum illū relicturos pollicebatur, experrectus Pōtifex manē indicit universo Populo processionem publicam, ut celerius ea quae vidit in somnis, Divinae opi confusus, facto perficeret; res prosperē cessit & repente spiritus illi maligni dissipati, per aërem evanuerunt, extractoq; cadaver crudelissimi Neronis, jussu Pontificis ejusdem cineres projecti sunt in Tiberim; in eodem loco in grati animi monumētum Urbis Romae, collatis publicis pecunijs excitata fuit à fundamentis Ecclesia in honorem DEI-parae Virginis: & hac ratione MARIA Populi nunc appellata.

§. VII.

DEmum in Plateam Hispaniae concessi, ubi olim fuisse Nava-machias pleriq; autumant; in media platea fons aquae triviae in modum navis efformatus apparet, aquarum ubertate Alveum navis copiose implens cum magna delectatione hominum illuc cōfluentium ob ambulationis causam & solatij, praesertim aestivo tempore ad frigidam aurā captandam. Scalae usq; ad summitatē montis Pincij procurunt magnificentia & multis impensis constructae ab INNOCENCIO XIII. Pōtifice maximo, qui ut majorem ornatum eidem plateae conciliaret, invitis Fratibus cænobij montis Trinitatis Ordinis Sancti Francisci de Paula unā nocte arbores omnes, quae locum illū declivem occupaverant, sterni jussit, scalarumq; prima rudimenta designari, & ulterius promoveri imperavit, in vim legati à quodam testatore Gallo relictū jisdem Patri-

bus cum onere injuncto, scalas istas construendi, cumulatis ad hoc per tot annos pecunijs, quas in ædium usum destinare sunt ausi.

Monasterium istorum Religiosorum est valde magnificū hortō amænissimō oleribus & arboribus altissimis confitō. Palatium non longe est distitum, quod ad Dominum Magnorum Ducū Etruriæ Familiæ Medices spectat, intūs sunt pulcherrimæ statuae antiquissimæ, picturæ eximie, cum alijs rebus preciosissimis tum nobilitate materiæ tum excellentia artificij superantibus gloriam muscorum Europæ & Italiæ.

Hīs omnibūs perlustratis descendī ad plateā, quæ vulgari nomine Rotunda dicitur, ubi Pætheon antiquissimum Deorum omnium Templum à superstitione Ethnica erectum ingentibus columnis numero sexdecim admirabili cōdignatione innixū postmodum à pietate summorū Pōtificum solemnī ceremoniā Divis omnibus Christianæ fidei consecrarūt, admirabilis est structura hujuscè Templi à Marco Agrippa cōstructi, sive consideres crassitudinē parietum sive fornicis connexitatē, cum temporū edacitate luctantem contempleris, aperto in summo fornicis maximo hiatu, cujus labia tota ærea, circulum rotundum latè expansum efficiunt lucemq; maximā toti templo infra sinè auxilio fenestrarum communicant; fundamenta hujuscè templi profundissima, imo eorundē fundamentorum extēsiō subterranea ad mōtem citatorium usq; protrahitur, forū quod ante hoc Téplum patet omni genere fructuū, carniū, aliarūq; rerum quibus indiget humana vita, surgit in medio plateæ parvus obeliscus, ad cujus radicem diversi fontes prorumpunt, derivati à copiosissimo fonte Trivio appellato, fontē hunc ad commodum proximæ degentium CLEMENS XI. Pontifex maximus construi jussit.

Pætheon dicta Ecclesia Rotunda appellatur, quod sit veluti sedes omnium Deorum & ideo hac figura fuit prædicitum, ne propter loci prærogativā minorē vel majorem altercatio inter ipsos Deos oriretur; stultē enim sibi persuaserāt veteres, quod etiam Dij ad

nor mā

normam hominum æmulationem tacti circa loci præstantiam contēderent; quod in conveniens cessare crediderūt cum hujuscè Templi formā adinvenerunt. Subivi demum post breves passus magnum ædificium in domiciliū omnium scientiarū, pro bono publico Urbis & orbis erectum, quod vulgo Sapiencia nominatur, scholas habet varias & capacissimas pro studiosis recipiendis, qui magnō numero esse solent, navantes operā vel Theologiæ, vel Jurisprudentiæ. Doctoratūs insignia largiuntur Professores in qualibet facultate. In capite atrij porticibus undiq; tecti stat Ecclesia pulcherrima ad jus & regimen universitatis pertinens. Bibliothecā habet omnium librorum genere satis instructam, destinatis custodibus annuō stipendio donatis.

Ecclesia Divi JACOBI via tātum interposita, non admodum distat ab universitate cujus architectura antiquissima & varijs Aris, reliquiarum copia cumulatis, pretiosa supellectile abndat, titulō collegiatæ quæ est conflata ex Sacerdotibus Hispaniæ præbendā non mediocri donatis, Xenodochium junctum habet, multis redditibus ditatum varijs temporibus crescēte benefactorū numero magis ac magis auctum, ad quod nullus æger introducitur nisi prius ostenderit & cōprobaverit se esse Hispanū; platea Agonalis dicta, ex altera porta hujuscè Ecclesiæ spaciōsa valdè & lata oculos meos implevit, à vulgo platea Navona dicta, etymologia fori agonalis ex eo deducitur, quod agones seu certamina à veteribus ibidē habebantur; fons eximius & copiarum aquæ ubertate ditissimus in medio foro surgit, additis quatuor statuis Flumina Nilū, nempe Gangen, Eufratem, Danubiū celeberrima totius Orbis terrarum representantibus, unaquæq; statua præter fluvij effigiem, quam in se exprimit; signa Hieroglifica seu Palmæ, seu Draconis, sive Leonis, & Hippocentauri, ex diversa mundi plaga sive Regione desumpta denotāt, perspicuè nomina eorundem fluminū in medio harū statuarum lapidearū surgit obeliscus seu pyramis Hierogliphicis Ægyptijs signata in cujus vertice columna ærea rostro ramum olivæ

olivæ prætendens apparet, quæ indicat Innocentium X. Pontif. Opt. Max. de familia Pamphilia mandatū dedisse, ut fons iste pulcherrimus cōstrueretur ad majus ornamētum forō supradictō procurādum, duo alij fontes cū amplissima Cōcha in atroq; plateæ capite mirificis artificijs, aquisq; copiosi cernūtur.

Tota quāta est platea eximijs ædificijs & templo magnifico Divæ Agneti dedicato, cujus facies rarissimæ architecturæ magnā voluptatem aspicientibus ingerit; imò tēpore Augusti totum hoc forū, aquis undiq; erumpētibus veluti mare inundās naumachias magnificas veterū imitatur, currus innumeri, refusā istā aquarum copiā currunt & recurrūt, alij equitātes eunt & redeunt, per lacū aquis artificiosè collectum, qui spacio quatuor horarū excrefcēs, ad certā mensuram tandem industria hominū accedente recedētibus aquis per subterraneos aquæ ductus rursus sicca fori superficies apparet, platea hæc omni genere olerū & aliarum mercium generi vendēdo inservit, & in hebdomadā recurrēte die Mercurij mercatus publicus seu nundinæ omniū rerum habentur pro commodo civium & exterorum.

§. VIII.

Non longè est *Deanima* dicta vetustissima Ecclesia nationis Germanæ, quæ ibidem Xenodochium seu hospitale nobilissimum habet pro peregrinis tātum nationis ejusdē destinatum: administrant titulō collegiatæ hanc Ecclesiam Sacerdotes Germani de præbēda provisi, ut psalmodiæ vacent; Vix pedem extuli ab hac Ecclesia, cū statim intuli pedes in alterā proximā. Titulō Pacis nuncupatā, intus & foris pulcherrima ab Ethnicis florente republica Romana superstitione Deorū cultui dedicata, fuerat; nunc ad administrationē Canonicorum Lateranēsiū transmissa Altariū nitore & picturarū eximiarū ornamēto fulget, conjūctum habens Monasterium satis amplū, in quo Regulares jidem Canonici una cū suo Abbate Insulato morātur, qui primum habi-

tabant

tabant apud Sāctum JOANNEM Lateranēsem, postmodū huc translati cognominis adhuc etymologiam à loci mora seu incolatu sortiti sunt.

Ab hoc templo egressus, passus aliquot absolvens, Ecclesiam novā sub nomine Sāctæ MARIÆ de Valicella cōprensā inveni, vixque primū limē Januæ majoris sum ingressus, cū statim admiratio me traxit ad contemplandā amplitudinem intrinsecā, sparsō aurō picturisq; interjectis undiq; collucētem & extrinsecam faciem majestate magnificentæ plenam, Aræ pulcherrimæ pretiosis reliquijs & tabulis pretium vix recipiētibus in oculos meos incurrebant; Inter has capella Divo Philippo Nerio dedicata unā cū Ara selectis marmoribus constructa, & pretiosa supellectile aucta eminent, in qua Capella ejusdem Divi Philippi corpus asservatur coliturq; cum magna veneratione confluyente passim numero civium & exterorum. Lampades aureæ & argenteæ in ejus honorem assidue ardēt, gemmæ, quibus corona Sancti Philippi Nerij contexitur non desunt; Congregationis domus amplissima & magnifica existit adjectō satis amplō & benè constructō opera Bernini vita functi, qui in architectura multum floruit. Eximiā bibliothecam ista congregatio Divi Philippi Nerij ostētat, præter rarā pretiosāq; supellectilem sacrā in statuis argenteis & Candelabris magnæ molis cōsistentē, quam in ornāda Ara majore festis solemnibus recurrētibus, alijsq; Altaribus decorādis adhibent.

Ecclesiam supra Minervam pariter antiquissimā propter dedicationē Deæ Minervæ factā à Veteribus, nunc DEI-Paræ cōsecratam nolui omittere, quam cū intrāssem structura Gotica statim occurrit, dispositis utrinq; capellis egregiè adornatis, quarum jus Patronatūs seu fundatio ad multas familias privatas nobilitate generis cōspicuas, spectat. Monumēta seu sepulchra Pōtificum defunctorū, aliorumq; Dominorum innumera occurrūt nobilitate materiæ marmoreæ & statuarum seu bustorum excellētū artificio elaborata, multæ reliquiæ Sāctorum hic asservantur & publicæ venerationi festis

corum-

eorundem recurrētib; exponūtur, accurrēte fidelium utriusq; sexūs multitudine. Hanc Ecclesiam regunt Patres Dominicani, qui Convētum magnificum una cum pulchro viridario obtinent, in eoq; Pater Generalis ejusdem Ordinis suā sedem fixam tenet sub eorum regimine seu directione cadit celeberrima Bibliotheca Casanatensis in Aula ad recipiendā librorum multitudinē penē infinitā capacissimā collocata, quam adire quilibet studiosus potest bono publico expositā. Cardinalis Casanatēsis Neopolitanus hanc instituit relicta hæreditate opulentissima ex qua provētus annui deducerētur, in capite ipsius aulae seu Bibliothecæ locata est statua ex Cædido marmore conflata, eundem Cardinalem insignem benefactorem ad vivum repræsentans.

Hac Bibliothecā lustratā transivi ad Ecclesiam Sancti JGNATIJ proximā, cujus facies tiburtinis lapidibus & columnis cōstat excellentique architecturā consumatum opus in sua fronte præsert, intus pariter correspōdet ejusdem architecturæ proportio proprijs ordinibus distincta Altaribus ritē & rectē distributis accedente fornice perspectiva mirabili magnificentia, cōstructa jussu GREGORIJ XIII. Pontificis maximi scholis publicis omnium disciplinarum ad erudiendam juvētutem apertis in hoc Collegio. Cubiculum, in quo Divus ALOYSIUS Gonzaga morabatur cōspexi, nunc in facellum cū Altari pretiosa supellectile ornatum mutatum est, corpus præfati Divi ALOYSIJ in præfata Ecclesia Sancti JGNATIJ reperitur cui Ara magnifica miro artificio elaborata excitata fuit, à liberalitate & munificencia familiæ Cancelloti.

§. IX.

TAndem me contuli ad pulchriorem Ecclesiam eorundem Patrum Societatis JESU, vocitatam à Sanctissima voce JESUS, quod est veluti stemma & insigne nobilissimum ejusdem Societatis, tota intus multo auro referta est, capellis pariter magnificis, picturis raris alijsq; ornamentis coruscantibus;

inter

inter Altaria eminent illud Divo JGNATIO Lojolaë dedicatum columnis ex Lazaro lapide rarissimo orientalis excissis, varij coloris addita statua ejusdem Sacti gemmīs pretiosissimīs undiq; contexta, auget Majestatem aræ ejusdem & templi, subtus aram candidissimo marmore cōstructā Corpus Sacti JGNATIJ reperitur ardentibus semper Lampadibus ob honorē ejusdē Sancti; mirabili opere loculamentum illud est elaboratū sive nobilitatem materiæ spectes, sive formā. Domus Professa hoc Collegium nuncupatur ad denotādum, quod Patres illi, qui in ea degunt Religionis Munia expleverūt & veluti emeriti milites hic versantur, indefessi tamen semper ad cōciones habendas, confessionesq; audiendas. Conservantur adhuc intacta cubicula, in quibus habitabat Divus JGNATIUS cū in vivis degeret commutata nunc in facellū cum Altaribus in quibus ostētantur & suæ Epistolæ manu propria exaratæ.

Non procul à domo professā adest hospitium Polonorū, conjunctum cū Ecclesia satis pulchra, quod peregrinos tantum Polonos admittit, cui Rector ejusdem nationis assidue præest, redditusq; ejusdem pij loci cōputatis domorum pensionibus applicat necessitatibus ejusdem hospitalis, cujus magnitudo novis ædificijs cōstructis aucta est, incremētumq; majus accipiet, si munificencia & liberalitas Senatorum Polonorum accesserit; quæ revera accedere debuerit justē excitata à pia æmulatione aliarum nationum, seu Gallæ, seu Hispanæ, quæ majora emolumenta suis cōtributionibus huic accurrētib; pararunt cum designatione majorum proventuū.

Palatium olim domiciliū Pōtificum, nunc Venetorum Legatorū, perpetua sedes occurrit, magnā latitudine & murorū altitudine præditum, Aulis & cubiculis capacissimīs cōstat. Viridarium in uno Claustro cedris & florib; confitum cōtinet: in medio platea intra Palatium constituta, fons pulcherrimus existit recenter constructus unā cum Matrōnā lapideā Venetiarum Urbem repræsentante, quæ eidem fonti rectis pedib; insitens longaq; veste induta imminet. Junctum Palatio est Templum Divo MARCO Evā-

G

gelistæ

gelistæ dedicatum, cujus titularis debet esse semper Cardinalis Venetus. Canonicales Præbendas non paucas eadem Ecclesia possidet, aliis Privilegiis & prærogativis gaudet.

Famâ Familiæ columnæ præstantissimæ commotus volui istorum Principû Palatium avitum inspicere, primùmq; atrium ingressus satis amplum, cõscendi scalas magnificas, primâq; Aulam famosis Majorû Imaginibûs refertam cõspexi, tandē alterâ amplissimam Galeriam seu Moscum, quod alijs Italiæ & Europæ præstat intravi, in qua magnificentia ipsa hospita videtur esse, tum propter diversa genera antiquitatum, quæ ibi cernuntur, tum propter inæstimabiles egregiorum pictorû tabulas, in quibus vivi homines cû suis actionibus naturalibus, non depicti colorû errore inducti, sed vivi ejusdem naturæ operâ accedēte apparent. Ad ædes tandē Barbarinas cõcessi ab Urbano Octavo Põtificæ Maximo delectis excellentibus architecturæ Viris peritissimis multò dispendiò cõstructas. Aulam habet Palatium hujusmodi amplissimam à Petro de Cordona egregiò pictore sui temporis in fornice depictam. Bibliothecam insignem habet librâs rarissimis refertam seu cõpletam: vasa argentea ingentis ponderis in aula observavi, in qua fons aquarû ubertate copiosus erumpit, qui Dominorum magnificentiâ satis denotat præter aulae seu peristromata filis aureis intexta, in quibus Urbani VIII. Põtificis singulæ actiones magis heroicæ ad vivum exprimuntur, picturas raras & eximias, quæ in hoc Palatio crebræ sunt, non recëseo, quia calculus earundem meam memoriâ obrueret, gëmarum pariter numerû hic fileo, quæ suo pretio & magnitudine uniuscujusq; mentē terrēt & stupore affigunt. Longa mûrorum serie altissimorum circumcinctum hortû latissimum habet, in quo cupressus, lauri, pinus aliæq; arbores altissimæ conspiciuntur unâ cum fontibus hac illac profiliētibûs, divisis aquis, distributisq; liberali æconomiâ ad dirigendos flores aliosq; frutices passim disseminatos.

Ad

Ad plateam Terminos dictam tandem diverti, in cujus primo prospectu tres fontes copiosissimi apparent, varijs ornamentis ex lapide conflatis mirificè venusti addito supra fontes Moyse miraculum scaturiginis aquæ, scienti populo, cujus erat ductor, patrans, cujus historia scalpri peritissimi operâ in vivo Saxo egregiè exprimitur: inscripto pariter supra eosdem fontes literis cubitatibus incisus SIXTI V. summi Pontificis hujuscè operis magnifici auctoris Nomen enunciat, qui aquarum istarû copiâ longè transvectâ per aquæ ductus magna impensâ elaboratos, huc adduxit.

Prope est Ecclesia Divo Bernardo dedicata in formam Rotundæ seu Pantheon efficta, quæ pridem idolis à Veteribus Romanis fuerat inaugurata, hanc Ecclesiam administrant Patres Ordinis Sãcti BERNARDI, qui monasterium eximiû commodis undiq; refertum possidēt unâ cum viridario fructiferis arboribûs, oleribûs variisq; floribûs confito; in hac eadem platea ex una parte pulcherrima Ecclesia, cum adjuncto monasterio confurgit: ex altera parte Ecclesia Victoria appellata ab antiquis dictæ Deæ Victoriæ jã pridem dedicata, nunc DEI-paræ sub administratione Reverendissimorû Patrû Discalceatorum Carmelitarum manet.

Via recta tandē me duxit ad Templû antiquissimum nunc nominatum Reginae Angelorû, pridem Imperatorum Gentiliû tempore Idolis dedicatum, figura vetustæ architecturæ accommodata gaudet, tum in latitudine & longitudine, tum in connexitate diversimodâ fornicum immanissimis columnis pro ornamento & fulcro innititur totus ambitus tecti amplissimi. Diocleciani Imperatoris Thermæ hic magnificæ olim existebât, quarum vestigia, perspicua ad nostram usq; ætatem observântur.

Quando incipit jubilæum, exordium accipit solemnis processio totius cleri unâ cû Cardinalibus, interveniente summo Pontifice, qui ante processionē Missam in eodem templo celebrat, quâ absolutâ, præfata processio terminatur usq; ad Basilicâ Sãctæ MARIÆ Majoris, uti vidi meis oculis CLEMENTEM XII, Põtificem qui pe-

destri passu progressus est à supradicta Ecclesia Sæctæ MARIÆ Angelorū ad Sæctā MARIAM Majorem. Monasteriū Reverendis Patribus Carthusianis addictum magnificum & amplū adnexum supradictæ Ecclesiæ Sæctæ MARIÆ Angelorū, viridarium amœnissimum cōtinet, præter Claustra ingentis latitudinis, porticibus, crebris columnis undiq; circūdata in hac vasta planitie duo ingentia horrea pro annonâ publicâ servanda magnis sumptibus à Pontificibus ædificata.

Quadraginta ab hinc annis narrat viventes adhuc homines, quod in hoc loco Svecorū Regina Christina Romæ degens sulcos profundissimos seu fossas valde altas effodi jussit per innumeros passus, persvasa; quod ibidem Thesauros vel res rarissimas antiquitatis esset repertura, eō indiciō manifestissimo perimota, quod illam loci plagam antiqui Romani cum suis ædibus occupaverint, quibus dirutis longa temporū interapedine probabile videbatur. quod inter rudera subterranea aliquid pretiosum seu de metallo, sive de auro aut de statuis lateret, non fuit prorsus inanis inquisitio, sed pauca admodum fuerant vestigia antiquitatis reperta, quæ in suo valore & existimatione impensis & effossioni factæ, non respōdebant.

§. X,

Occurrit hic Thermarū Antoniarum mentio quas cum de amphitheatro Vespasiano dixi, cū sint eidem proximæ tunc temporis debebam cōmemorare, supersuat de istis muri adhuc altissimi, sed injuria temporum labefacti ac semiruti apparent. Ethymologiā suam Thermæ eadem accipiunt ab Antonio Caragalla Imperatore, qui easdem construi jussit operâ tot millium captivorum. Non procul ab istis Thermis Antonianis observatur Ecclesia Sæcti GREGORII Magni privilegijs pro liberatione animarum defunctarum ex flammis purgatorij singulariter aucta: ibidem ostenditur mensa ex candido marmore ejusdē Sæcti GREGORII Ma-

gni

gni Papæ, super quam pauperes mendicos reficere solebat; non admodū disjuncta est Ecclesia Sæctorum Martyrū JOANNIS & PAULI adolescētum Romanorū quam tenent PP. Missionarij ruinosâ primum & fatiscens pro vetustate, nostro tempore restaurata & in meliorem ordinem redacta ab Eminentissimo Cardinale Paulucio jam pridem fato functo.

Absolutis quatuor vel quinque milliaribus summo cum meo gaudio perveni ad locū trium fontium appellatū, ubi Divus Paulus capite obruncatus, editō ibidem statim miraculō, quod caput à busto avulsū tres saltus confecit, erumpente ex singulis saltibus fontibus tribus aquæ saluberrimæ, qui ad hanc usq; diem perennes existunt. Basilicā Sæcti PAULI concursu hominū semper frequentatâ visitare non omisi antiquissimam multisq; columnis ab utroq; latere interius innixam, in qua corpus Doctoris Gentium reponitur, & summa devotione colitur. Patres Benedictini hanc Ecclesiam dirigunt, ipsisq; concredita fuit à multis sæculis, à summis Pōtificibus ædificata; proximè monasterium amplissimū pro domicilio eorūdem Monachorum cernitur, in hac via, quæ ducit ad Sæctum PAULUM, occurrit Mausoleū seu pyramis ad similitudinem illarum Ægypti Cajo Cestio Senatori Urbis Romæ exuli excitata.

Ad montem Janiculum seu montem aureū iter converti, in cujus assensu via lapidibus strata cōmodum gressum conciliat. In summitate istius montis platea non mediocris exporrigitur ante quā Ecclesia Divo Petro dicata consurgit cujus facies vetustam architecturam redolet: intus pulchra capellis & aris apparet. Convētum nō mediocriter amplum obtinent PP. Reformati Ordinis Sæcti FRANCISCI; hic Divus Petrus Cruci affixus esse perhibetur; In posteriori parte Convētūs in editiore montis loco fons Sæcti PETRI Montorijdictus copioso aquarū vertice prorumpit cum rauco murmure efficitq; lacum infra subjectum, antequam aquæ istæ immigrarent ab artificibus veluti concham candidissimi marmoris formatum ex-

citato

citato latissimo pariete marmoribus in cristallo, in cuius summitate majusculis literis incisum nomen Pontificis PAULI V. hujuscè magnifici operis Auctoris legitur, qui tantam aquarū ubertatē à locis distis per aquæ ductus subterraneos erogato multiplici ære deduxit derivavitq; à lacu Bracciano. Infra hunc montem sunt molendina, quæ ope istius aquæ copiosissimæ farinam pro indigentia Urbis conficiunt.

Prima fundamenta altius erecta exstant liberalitate & munificètia Regis Lusitanæ, qui quatuor millia scutata dedit, pro erectione novæ Academiæ Arcadū dictæ, quod opus in cæptum ulterius artifices non sunt profecuti propter malignitatem æris, contractā ex vicino monte; qui Accademicos huc collectos pomeridianis horis sensibilibiter poterat lædere, ingruente præsertim vespere ferotino, in quo crepuscula noxia cadere solent. Supra montem præfatum Sæcti PETRI Montorij excurrit viridarium, in quo omnia herbarū genera asservantur ibiq; æstivo tempore lectiones habentur, interveniētibus studiosis rei Herbariæ, quas habet Professor publicus honorariō generosō donatus, pro cuius commodo adest parvū Palatium, quod potest incolere pro suo libitu.

§. X I.

EX hoc monte descēdens in planā Urbis partē Trāstyberim nuncupatā, Templum extrinseca facie pulchrum conspexi, Sæctæ MARIE Trāstyberim vulgo dictū, fons olei manasse in hoc templo certissima fama est evidenti miraculo, quod apud Scriptores rerum Romanarū idētidem commemoratur. Titulo Collegiæ hæc Ecclesia fruitur cuius cōsignatio ex splendidissimo auro varijsq; signis cōtextitur, aris ad justū decorē ornatis est prædita, picturisq; antiquis renitet junctū huic Ecclesiæ est Monasteriū Sæcti CALISTI, quod Patres Benedictini tenent, Ecclesiāq; sepositā à Sæcta MARIA Transtyberim obtinet hortū

hortum seu viridarium amplissimum multis arboribus & omni genere florum cōsutum contiguū, habent longō murō circumvallatū.

Ad ripam magoam fluminis processu, ad quam navigia & cymbæ totius generis varijs mercimoniis onustæ ex Neapoli alijsq; Italiæ locis maritimis advectæ quotidie solent appellere, & veluti portum seu stationē perpetuā efficiunt crebræ istæ naviculæ, quæ magnā vim tritici & vini copiam pro majore urbis abundantia advehunt & exponunt. Supra istā longissimam ripā latissima platea excurrit, ab uno latere cōtinuato ædificiorū tractu surgūt Xenodochia seu valetudinaria Sæcti Michæelis nuncupata, quorum una pro recipiendis senibus & vetulis ineptis ad procurandum sibi victum sunt destinata; altera pro pueris seu adolescentibus orphanis, qui ibidem artes addiscunt, sunt instituta; tertius demū locus est, qui veluti terrestris triremis reputatur, in quo pueri malæfrugis & incorrigibiles manent ibi detrusi vel à suis Parentibus, vel invitis jisdem cū deprehēsi in aliquo facinore ab Urbis Governatore conjiciuntur, hæc ædificia publico emolumēto cōstructa INNOCENTIUS XII. Pontifex Pater pauperū, & CLEMENS XI. Pōtifex sua autoritate procurarunt, quemadmodum præfatus INNOCENTIUS XII. nunquam satis laudatus montis citatorij magnificam Curiā omnibus tribunalibus destinatā construi jussit, in cuius honorē & memoriā in media Aula, publicā statuam marmoream repræsentantem eundē Pontificem erexerunt.

Prope Tyberim ad eam partem urbis, quæ ripula vulgo appellatur, latior ejusdem fluminis Alveus apparet, quam veluti stationem tutissimam navigia sibi delegerunt, quæ varia mercimonia, ligna, carbones, plurimaq; vini dolia huc devehunt pro majore Civium commodo, qui res hujusmodi victui necessarias emunt pecunijs erogatis vel permutant pro faciliore expositione mercium. Commodissimæ scalæ lapidibus benè interscites sunt cōstratæ, additis parvis columis, excrescētiam fluminis diversō tempore factam denotationibus. Semilunaris platea conspicitur supra crepidinem fluvij

fluvij centenatis scalarum gradibus undiq; cinctam, quæ pulchriorem aspectum Ecclesiæ Sancti Hieronymi Illiricorum dicti cõciat, quæ à natione Illirica gubernatur, privilegijs specialibus & jure collegiatæ gaudet; non procul distat Ecclesia altera Sancti Rochi, cujus festo anniversario recurrẽte in atrio fit publica ostensio omniũ picturarum, quas vel celeberrimi pictores veteres exquisito Colorũ genere & summã arte penicilli expresserũt vel recẽtiores nostro tempore florentes delinearũt. Hæc ordinatio fuit indicta & sancta à CLEMENTE X I. summo Pontifice, liberaliũ artium optimo mecænati.

Ad prospectum fluminis usq; pariter propè ripulam protẽditur Burgesiorũ Palatium Principum, quod figuram Clavi Cymbali in sua structura & architectura peritiã præsert, pulcherrimo atrio est præditũ circumpositis statujs marmoreis eximie magnitudinis & æstimationis. Aulas & cubicula valdè spaciõsa habet, pretiosa mobilium supellectile refertissima, adjectum habet viridarium amænissimum statujs & florum areis fontium jucundissima. Scaturigine abundans usq; ad delicias. Palatiũ Farnesiorum aliquando lõgius ab isto Burghesio distinguitur, alterum longè magnificum Farnesianũ quod figura opere quadrato cõstat, ante magnificam ejusdem Palatii faciem platea latissima extenditur, cum duobus fontibus assidue defluentibus subjectis duabus cõchis, immanis magnitudinis ad aquas illas salientes cadentesq; recipiendas satis idoneis. Atrium valde pulchrum statujs marmoreis raritate suã vix pretium invenientibus circumcompletur, additis porticibus, columnis sustentantibus recto ordine ab utroq; latere collocatis amplã aulam & cubicula capacissima, eximijs picturis illustrata continent, compræhensis simulacris statujsq; marmoreis quàm plurimis, quarum æstimatio omne pretium excellit; instar omnium eminet taurus Farnesianus appellatus totus ex marmore cõstans, tanto artificio elaboratus, ut vix oculis hominum usurpatus stuporẽ statim incredibilem in supercilijs excitat, excaescentis etenim tauri

minas

minas atq; ora ad vivum mirificè representat. Propè Palatium Farnesianum excurrit forum seu campus Flore sic denominatus à Dea Flora, cujus templũ plũs magnificum fuerat ibi exstructum, variis columnis sustentatum, quarum fragmẽta altè effossa erutaq; reperta sunt, quatuor ab hinc annis cum excellentissimus Princeps Sactæ Crucis propè Palatium suum novarũ ædium profunda fundamenta jecit. Florales ludi seu spectacula maxima cũ põpa in hoc eodem campo celebrabãtur instituta à Virgine Flora ad solatium ac spectaculum jucundissimum populi Romani, cujus Virginis exemplo testatores gentiles sivè Ethnici extiterunt, qui in ultimis suis voluntatibus maximam vim pecuniæ legatæ pro ludis floralibus edentes relinquebant, quorum ludorũ mentionem crebram apud Authores latinos historicosq; cernere est; hinc arbitror profluxisse veterum apothecism, quam nimirum homines virtutibus multis conspicuos veluti semideos & heroes Divorum munera adscribebant, sicuti de Ageslao, de Augusto alijsq; Imperatoribus fertur, Non procul ab hoc Palatio magnifico pons magnificus à Sixto 4to: cõstructus alteram fluminis & Urbis partem jungit solidissimis arcibus innixus, coacta multorũ lapidum benè dispositorũ congerie ad retundendos aquarũ vortices; primo capiti hujuscè põtis imminet pulcherrimũ & magnum ædificium, valetudinarium Ecclesiasticorum nuncupatum, in cujus pariete fons altus & copiosus prorumpit cũ ingenti murmure, qui aspiciẽtibus gratũ spectaculum efformat, sicientibus magnam refrigerationẽ solatiumq; præparat, liberalisq; assiduo præbet.

Trajecto hoc põte passibus nõ paucis expeditis occurrit mihi Xenodochiũ Sã: Gallicani dictũ, jussu BENEDICTI XIII. erectũ, pro recipiẽdis scabiosis seu aliquo alio genere mali exicialis affectis, ex redditibus seu assè hæreditariõ relicto à Lancisio medico, Põtificio, ad ipsũ locũ Sãcti Spiritus ultima voluntas à Pontifice immutata, & extensã fuit ad alterum locum pium, nempe Sãctum Gallicanum, cujus mentionem supradictus testator in suo testamento fecerat.

H

s. XII.

§. XII.

Rebus visu dignis & rarioribus sedulo & diligenter lustratis Baronis Pusiet residentis Regis Poloniae domum sollicitus adire curavi, anno nimirum 1725. in exordio Septembris, cui literas commendatitias tradidi, quas Senator quidam Polonus nobilitate & virtute conspicuus, ut meis votis & precibus obsecundaret scripsit ad eundem Residentem, cujus officijs interpositis & praevia commendatione efficacissima, benevolentiam Commissarii Terrae Sanctae degentis assiduo in Conventu Aracalitano erga me favorabile sibi devinxit, cum stetissem, praecipit mihi libellum supplicem ad Papam dirigere, meam intentionem & propositum breviter continentem, illumque Cancellariae Pontificiae traditum post aliquot dies cum subscriptione a Papa exarata, quae fuit hujusmodi: *informetur Pater Commissarius Terrae Sanctae*; enunciataque informatio, nem in eodem libello a Patre Commissario libenter facta ex vi istius informationis, cancellaria addit: *expediatur Pater Commissarius Terrae Sanctae*, rursusque ad eum regressus literas passus Pontificio nomine exaratas mihi tradidit, adjecto sigillo Terrae Sanctae, ut magis ac magis corroboraretur, non defuit literas commendatitias Reverendissimus Pater Generalis totius Ordinis mihi dare directas ad Superiores Conventuum Terrae Sanctae degentes in partibus Palaestinae.

Iste Generalis nominabatur Coza sive Coca qui postmodum fuit creatus Cardinalis a BENEDICTO XIII. Pontifice, qui antea super Jerosolimis extiterat per multos annos, vir revera multum bene meritus de Religione Catholica pro qua sudavit & alfit.

CAPUT

C A P U T I V.

§. I.



His literis praemunitus; rebusque meis compositis spatio quatuor mensium, quo Romae sum versatus itineri jam meditato versus Palaestinam me accinxi, absolutaque confessione generali sumptaque sacra Sinaxi in Ecclesia Divi Petri interius bonum animae, quo majori fervore potui tacitus procuravi, cum Jubileum jam Romae inceptum vigeret & curreret. Spectaculum maximae devotionis & compunctionis formabat confluentium peregrinorum multitudo, quorum alij nudis pedibus & poplite flexo cruces onerosas gestantes vivam austeram poenitentiae ideam exprimebant, alij nexibus gravissimis catenarum implicati, crucibusque affixi ex longinquis Regionibus, allatis inauditum de seipsis supplicium sumebant & luctuosam paenarum scenam palam compuncti edebant, alij horrida spinarum feta, super caput ferebant, aculeis suis intima tempora penetrantium, alij flagellis humeros proprios plectentes, plurimas vias lacerato aculeo rubicundo sanguine parabant.

Sors faustissima mihi obtigit cum hoc anno ingressus sum Portam Sanctam Jubilei apertam in Basilica Divi Petri reseratam a BENEDICTO XIII. Apertis alijs a Cardinale Pamphilij apud Sanctum JOANNEM Lateranensem, & apud Sanctam MARIAM Majorem. Aperta alia porta ab Eminentissimo Cardinali Ottoboni, apud Sanctum PAULUM ab altero Cardinali Processioni solenni & frequentissima propter concursum incredibilem civium & peregrinorum indicta a Pontifice BENEDICTO XIII, qui praesens etiam ipse fuerat, interfuique ab Ecclesia super Minervam usque ad Basilicam Divi PETRI a piissimo Pontifice designata, ut exterarum gentes longinqua a suis laribus a numero triginta dierum, in quibus juxta praescriptum Sancti Jubilei septem

H₂

Eccle.

Ecclesias visitare tenebantur, aliq; opera pia adimplere, huic Processioni intervenientes, eximerentur & thesauros omnium Indulgentiarum lucrarentur sine ulteriori mora in Urbe Roma, & sic inopes homines sublevati ab impensa manendi Romæ pro lucrando thesauro Jubilei lati & festivi poterant suas domos repetere.

Conventus §. I I. Primus.

Verbū Jubilei, à lingua Hæbreæ dicitur, & remissionē quietē & tubam, juxta legem Mosaicam importat & juxta Leviticum capitē quinto, quod præcipiebat ut in quolibet quinquagesimo annō unus remissionis annus in favorem illius populi recurreret, tunc temporis debitores ære alieno oppressi liberabantur domus & possessio colore alicujus contractus retentæ antiquos Dominos repetebant, captivi pariter & servi pristinae libertati restituebantur; erat pariter annus quietis servilia, etenim opera in mercenarijs rebus & in terra ligone & aratro excolenda filebant; præfatum annum Sacerdotes antiquæ legis tubæ sonitu populo anuntiabant, antiquum Jubileum erat figura remissionis peccatorum, quam JESUS Christus Redemptor noster pretioso suo sanguine à Patre æterno nobis impetravit. Pontifices igitur, utpote dispensatores Thesaurorum spiritualiū Ecclesiæ, qui in distributione & applicatione meritorū sublimiū JESU Christi DEI-Patris & Sæctorum consistunt, curam sæculam semper adhibuerunt locupletandi Christianorum animas relaxatione pœnarū, quæ appellatur satisfactoriæ peccatorū concessione Indulgentiæ plenariæ, quæ Jubileo assimilatur. BONIFACIUS VIII. summus Pōtifex primus extitit; qui Jubileum ad cētum annos redegit, idēq; celebravit annō 1300, concedens Indulgentiā plenariam remissionēq; omnium peccatorū civibus & extraneis cōfessis & pane Eucharistico refectis, qui Ecclesias destinatas Romæ visitassent; CLEMENS VI. avenione sedens annū Jubilei redegit ad annum quinquagesimū, celebravitq;

idē

idē Jubileum annō 1350, juxta morem Hæbreorū, misitq; hac de causa duos legatos Cardinales Romā ut Portas sanctas aperirent. URBANUS VI. annō 1389. editā Bullā ad annos triginta tres, in memoriam annorum Christi Domini Jubileum reduxit. Paulus XII. Annum sanctum ad viginti quinque annos redegit, & hunc ultimū morem secuti sunt successores Pōtifices usq; ad præsentem diem, ut judicat Vittorelius & Recius in historijs quas habent de Jubileo. *Car melitarum Discalceatorum*

Summus igitur Pōtifex supradictum Jubileum indicit in una Bulla, quam publicat unus subdiaconus Apostolicus in festo Ascensionis anni præcedentis eō tempore, quō Papa solennem benedictionem populo impartitur. Post lecturā secutam supradictæ Bullæ subsequitur plausus tubans & tormentorū arcis sancti Angeli. In quarta Dominica subdiaconi Apostolici altera vice prædictam Bullā Jubilei sancti publicāt; & in tribus diebus præcedētib; solemnitati nativitatis Dominicæ enuntiatur adventus Jubilei cum universo sonitu campanarum Urbis Romæ & cum Jubileum remissionē peccatorum importet, significat transitum fidelium ex peccato ad gratiam, qui veluti symbolum transitus personarum sanctarum quatuor Basilicarū aperiantur & clauduntur multis ceremoniis, licet ad consequēdas Indulgentias necessarius non reputatur transitus dictarum personarū juxta Bullæ tenorē, quæ de hac re nullum verbum facit. Accedente igitur vigilia Nativitatis Domini, post quam Clerus sæcularis & Regularis coactus in Palatio Vaticano per plateam Sæcti PETRI in forma processions descendit clausa ubiq; Ecclesia Pontifex, Cardinales & Episcopi albīs paramētīs induti & Infolati in cappellā Sixtinā conveniunt, ubi Papa altā voce exorditur *Veni Creator* unusquisq; facem accēsam seu cereū manu fert & cū porticū Helveticorum attingunt, Pōtifex tres legatos à latere pronunciat, eo fine ut eandem functionem peragant in tribus alijs Basilicis nimirū Sæcti PAULI, Sæcti JOANNIS Lateranensis & Sæctæ MARIE Majoris quorum Cardinalium legatorum primus est Decanus, alij duo sunt

Archi-

Archi-Presbyteri præfatarum Basilicarum, hi tamen non discedunt, nec petunt dictas Ecclesias nisi post absolutam functionem Pontificiam apertionis Portæ sanctæ.

§ III.

Papa igitur cum ad suum Thronum in atrio Sæcti PETRI constitutum pervenit, paulò post descendit, sumitq; malleum pulsatq; tribus vicibus Portam sanctam muro clausam, incipiens antiphonam: *aperite mihi portas justitiæ &c.* & ad thronum redit, ibiq; multos versiculos & orationes legit. Hoc tempore architecti, cum ædificiorum artificibus murum Portæ sanctæ destrúunt, & materialia illa peregrinis distribuunt, alijsq; assistentibus, quæ veluti reliquias custodiunt. Post hoc pœnitentiarij Sæcti PETRI abluunt limen supradictæ portæ aquâ Benedictâ. Pontifex deinde, antiphonam exorditur *hæc dies quam fecit Dominus*, recitat aliquas orationes, genu flectit ante eandem Portam Sanctam & voce clarâ *Te Deum Laudamus* pronunciat per eandem Portam ingreditur Ecclesiam, cû tota aula Pontificia & maximo numero Nobilium extraneorum peregrinorum devotorum, Thronum deinde petit, & vespers solemnibus assistit, quæ in capella cantantur quibus absolutis Cardinales paramenta sacra sibi detrahunt, cappas rubras sibi desumunt eundemq; Pontificem ad sua cubicula deducunt.

§ IV.

Advéniente die Nativitatis post Missam solemnem Pontifex ad Benedictionum speculam pergat, ibiq; coacto populo benedictionem impertitur, cõcedens Indulgentiam plenariam in forma Jubilei. Supradicti Cardinales legati easdem ceremonias adhibent in apertione portarum sibi assignatarum, commemoratâ superius Bullâ præcipiente vilitationem dictarum quatuor Basilicarum pro cõstitutione Jubilei à civibus Romanis per triginta vices facien-

faciendam, ab extraneis peregrinis per quindecim, ab arbitrio tamen summorum Pontificum pedit istius temporis determinatio, quâ ad plus & minus possunt reducere pro minore fidelium labore. Appropinquante vigilia Nativitatis Domini anni sequentis Pontifex Cardinalis Clerus sæcularis & Regularis præter præsules Basilicam Sæcti PETRI petunt, & induti paramentis albis cû mitris, vespers assistunt, & cereò accensò præ manibus pergunt ad preces effundendas coram Sacratissimo vultu Christi Domini, ubi Papa incipit antiphonam: *cum jucunditate* egrediuntur omnes ab eadem Basilica, quorum postremus est Pontifex, qui postmodum versus eandem portam convertitur dicens: *Adjutoriū nostrum &c.* Benedictionem dat lapidibus latericij alijsq; ceremonijs primùmque lapidem idem Pontifex sibi subjicit, sub quæ multa numismata aurea & argentea cû suis memorijs collocantur. Post hæc Papa abluunt sibi manus, Thronumq; repetit cantatur interim versiculus *salvum fac populum tuum Domine &c.* & legit varias orationes & hoc eodem tempore architecti & opifices claudunt portam cæmentis saxiq; præparatis inclusa in media porta cruce ærea; tandem Papa ultimam orationem legit, quâ absolutam stipatus Cardinalibus ad supradictam speculam procedit, ibiq; benedictionem populo impartitur; quâ peractâ Cardinales assistentes paramenta alba deponunt, resumptisq; capis rubris Pontificem comitantur ad sua cubicula & pro Cardinalibus, qui matutino & missæ noctis sanctissimæ Nativitatis volunt interesse, lautissima cœna in Palatio Pontificio præparatur.

Silentio præterire non possum id, quod mihi accidit moranti apud hospitale Sæcti STANISLAI nationis Polonæ, excessit enim unus Magister domus Marchionis Casarelli nobilissimi Civis Romani, cujus nomine aliquem peregrinum interpellabat, de innumeris alijs, qui ibidem manebant, ut contentus esset, ad Parochiam accederet, ibiq; puerum filium ejusdem Marchionis, ut compater teneret ad fontem Baptismatis. Conjectis oculis in meam personam accidit & me secum duxit ad Ecclesiam, nec ego detractas opus istud valde piû, in lastrali aqua cum tingeretur puer compater existi juxta votum & desiderium

siderium præfati Marchionis, qui me postmodum in suo Palatio benignè excepit, & iussit, ut hospitio, sui Palatii per aliquot menses fruerer, cibo lauto tractatus. Dum tempore Jubilei jam elapsi fui Romæ per trium dierum spatium, Festa solemnia celebrata sunt occasione nuptiarum seu matrimonij Regis Galliæ cõtracti cum filia STANISLAI Regis Poloniæ, quorum festorum pompa musicis concentibus, lautissimis convivij, ignium artificialium Machinis ingentibus peracta fuit, quæ post revolutum annum fuit renovata excogitatis modis alijs festorum publicæ lætitiæ inservientium.

§. V.

Sed ut redeam ad inchoatam meæ defectionis telam Romæ absolvendam, antequam Hierosolimam irem illis brevissimis diebus, qui mihi supererant, indefessus non cessavi tempus illud pretiosissimum cõsumere in visitationibus Ecclesiarum, in processionibus comitandis alijsq; pijs operibus exercendis, quæ tempore Jubilei unusquisque fidelis Christianus amplectitur, Deiparæ in Claro monte Czestochoviensi me comédavi enixas meas cogitationes rationeq; totam mei itineris suo Patrocinio ineundi & absolvendi cõcredidi, & in templo Sæctæ MARIÆ de Polcolo Romæ benedictionem pariter habui, quam mihi impartitus fuit vir religiosus Ordinis Sæcti BASILIJ eodemq; die Basilicam Divi PETRI Principis Apostolorum adivi, ibiq; summum Pontificem Benedictum XIII. ad tumulum & Aram ejusdem Apostoli prostratum reperi, quem cum redeuntē ad unum ostium per quod intrare debebat, petitā veniam ab uno Prælato domestico expectassem, cum transiret procubui, osculatusq; sum pedem, prolatis clara voce hiscè verbis *Beatissime Pater ego nunc pergo Hierosolimam ad visitanda loca illa Sancta pretioso sanguine JESU Christi Domini nostri Salvatoris imbuta peto benedictionem à Vestra Sanctitate ante meum discessum: annuis libenter Sanctissimus Pontifex, admotaq; manu meo capiti*

quas-

quasdam orationes recitavit, & postea erectâ eadem manu benedictionem Apostolicam dedit, ego humi provolutus rursus pedes sanctos osculatus lætus & hilaris à conspectu Sanctissimi abivi, & sequenti die per portam Latinam, quâ iter Neapolim versus, exivi, post moram aliquot horarum protractâ in Ecclesia Lateranensi propter imbrem copiosum è cælo inopinatè lapsum, qui me detinuit & procedente itinere Thusculum veni, & deinde montem Cassinatensem monasteriò & Ecclesia magnificâ clarum, in qua corpora Divi BENEDICTI, & SCHOLASTICÆ sororis ejus jacent, & summa veneratione coluntur, ibiq; meas devotiones explevi, factâ nimirum cõfessione Sacramentali & pane Eucharistico sumpto, sed cum viæ lutulentæ, & corruptæ parum bonum iter mihi præfagirent, ulterius progrediendi accedente sævâ Hyeme nimis frigidâ, decrevi Romam rursus repetere, transactisq; ibidem natalitijs festis optavi oculis videre eundem Põtificem BENEDICTUM XIII. claudentem Portam sanctam, quam in exordio Jubilei aperuit cum illis ceremonijs ab Ecclesia præscriptis occurrente magna populi frequentia conflictâ ex exteris & civibus, cui demum Põtifex benedictionem Apostolicam fuit largitus canendo solemniter *Te DEUM laudamus.*

§. VI.

Cum vidissem Portam sanctam clausam, sicuti desideraveram, Romam relinquere decrevi & ad magnam ripam Naulo dato Genuensẽ Cymbam, quam filucam nominant ascendi impositis super eandem meis rebus. Secundò flumine ad mare pervenimus ad alto vespere, descendentesq; in terram, invenimus parvam casam seu tugurium ex sylvestribus ramis contextam, rati cõsultius traducere noctem in terra, quam mari, lucem tenebris adimētibus & mare; experrecti mare repetivimus propter hycem non mediocriter asperum & undis crispantibus agitatam; in illa cymba cujus navarcus erat genuensis multi vectores ex diversis locis

I

&

& professionis Religionisq; eramus nempe nos Christiani Europæi, Asiatici, & Africani, id est maronitæ, & Judæi cum uno mauro: tãdem portum Centumcellarum tenuimus, ibiq; spatio octo dierum cõsistentes, quia mare ventis contrarijs excitatũ periculosam navigationẽ minabatur, quod cum tandem quievisset, obtulit sese altera occasio magis opportuna navis Gallicæ, quæ orientẽ versus iter designaverat. Ego lætus hõc nuntiõ, allocutus sum dominũ navis, cũ quo pactus pretium meæ navigationis.

Interim ivi ad Ecclesiã Patrum Franciscanorum & cõfessione Sacramentali absolutã post Sacrã Missam auditã regressus fui ad portũ; ubi navim reliquerã, quæ jam aliquot milliaria confecerat, sed cum cepissem à nautis, quod res meas reliquissent in quodam navigio, quod tartana nuncupatur, veritate cõperta saltẽ occasione istius tartanæ volui frui, quæ ad Panormũ usq; , urbẽ præcipuã Regni Siciliæ me perduxit, iter aliquatũ molestũ mihi contigit propter aquæ penuriam, quæ coegit nautas ad coquẽdos pisces in aqua marina, imò deficiente proprio vino meũ exhauserunt & clausa aqua cum fera & catena doliolo laborabã molestissima siti per aliquot dies, sed placuit DEO ut tandem Panormij portum arriperem ibiq; siti depulsa lætus ea omnia, quæ visu digna erant lustravi.

§. VII.

IN hac etenim Urbe corpus jacet Sanctæ ROSALIÆ in Cathedrali Ecclesia, Patronæ eorundẽ civium portu gaudet amplissimo & inter tot naves, quæ stabãt in eodem portu nulla versus orientem parabat iter, hac de causa coactus fui multos dies ibi protrahere, & ne tẽpus frustra cõsumerem, sanctuaria omnia, quæ ibi sunt visitavi absoluta confessione apud virum honestissimũ & doctissimũ Parochum, qui dignatus est in supra dicta Ecclesia, ubi est sepulchrum Sãctæ ROSALIÆ audire meã confessionẽ, invitavitq; ad Prandiũ, postea eximias res Urbis mihi ostendit, &

præ-

præcipue unã arcem antiquissimã, quæ prius mari circumdabatur, nunc cõtinens est propter terræ ageriam, non conditam fuisse urbem in hoc loco tradunt hujuscẽ Urbis scriptores, sed modo Urbs eandẽ sedem occupat in bono situ duabus plateis amplissimis constat, quæ effigiunt formam Crucis ab una porta ad aliam & in medio civitatis, ubi plateæ ununtur, quadrata facies marmorea surgit unaquæquẽ statuas Regum Siciliæ præferens.

Mons peregrinus nõ admodum distat ditissimus sacrario Sanctæ ROSALIÆ. In hoc eodem monte Sancta eadem per multos annos vixit, & pænitiã egit; duxeruntq; eam Angeli ad editissimum locũ ad quem impervius accessus erat, sed arte nunc explanatus viam facilẽ aperit ex parte dextra tum ex sinistra, terram in qua jacuit præfatæ Divæ corpus sumunt devoti, quæ antidotũ reputatur adversus contagium; & ego glebas aliquot accepi. Mons supradictus cacumẽ habet altissimum, nec alij propinqui mõtes sunt. In summo vertice cernitur statua, sub porticu quatuor columnis sustentatur, quam à longè respicientes nautæ seu navium, seu triremium explosis ictibus tormentorũ salutant; non longè ab Urbe visitur convetus Patrũ Capucinatorum amplissimus, cujus cubiculis implendis respondet numerus ducetorum Patrum ibi degentiũ subtus Ecclesiam procurunt lögissimi Xisti cujuslibet ambulationi pervij, in quibus sunt collocata omnia corpora mortuorũ, quorum aliqua intacta cernuntur in pia opinione, quod eorundem animæ Beatas Paradisi sedes incolant. Cathedralis Ecclesia centũ columnis marmoreis cernitur innixa quas ex Ægipto advexerũt. Ante conspectũ Ecclesiæ Cathedralis occurrit Cameterium quadrato muro præditũ, super quod dispositæ statuæ diversorum Sanctorum, propè mare porta amplissima exsurgit, profundè excavata, extra quam nõ procul porticus columnis innixus coopertusq; ab injuria imbrium apparet, ibiq; musica harmonico vocũ & instrumentorũ cõcentu cõposita æstivo tempore solet institui ad publicam civium delectationem & solatium, illuc enim turmatim confluit per littora maris

l2

& per

& per muros strati atq; horas illas pomeridianas cum magna auriū voluptate traducunt.

§. VIII.

R Elicta Urbe Panormo perrexi civitatem Giorgentem cum spe inveniendi ibidem aliquam navim quæ Malcham duceret, sed antequam hanc urbem sum affecutus in isto itinere casus funestus mihi obtigit, cecidi enim ab alto super saxum, fauciatoq; pede succurrit mihi remedium paratū facile, quod fuit exprimere succum ex limonio & propinavi in via, imò eodem die cum agrè pedes in terram ponerem propter dolorem acceptum ex casu, de quo ante innui, inveni homines, qui ad cōmiserationem versi propter infortuniū benigni exceperunt me super suū equum, & per multa milliaria detulerunt ad certum locum, ubi parūper subsistens rursus me in viam dedi, ulteriusq; progressus obviam Moscovitam habui, quæ cum statim fuisset allocutus, audivi quod fugæ se dederat à Regionibus Turcicis una cum tribus socijs in una parva cymba, post Turcas varios mactatos Melitum appulit, sicq; evasit vitæ periculum; verum est tamen quod mari expositus sine victu & potu per tres dies famem perpeffi sunt, cum hæc mihi narrasset, cujus essem patriæ, quæsit, Polonū me esse statim edixi, quo adito idem Moscovita gavisus est, meq; fuit complexus promisitq; se socium fidelissimum usq; ad ultimū vitæ spiritum.

§. IX.

H Ac societate unita ivimus Leocadam, ubi corpus Sancti ANGELI Carmelitæ colitur, quod Angeli per mare ex Africa detulerunt; cum ego hic apud sepulchrū istius Divi prævia confessione Sacramentali meam conscientiam purgasset, communionem accepisset, Terram novam Civitatem perveni & cum occasiones maritimas pro itinere meo conficiendo non reperissem

reperissem, salubre consilium sumpsi subsistendi in conventu Patrum Capucinatorū per aliquot dies una cū collega Moscovita, exceptusq; benignè ab illis Patribus omnem benevolentia & charitatis notā expertus sum plenissimè, deprahendi ex sermone, quod iste Moscovita non fuit Catholicus, sed Schismaticus, licet semper mecū Sacrificium audiret, ad Urbem ambo uno die pergitus & redeuntes post prandium meo jussu deferebat lagenam excellentissimi Vini, quod appellatur merum, quæ ex manibus lapsa fracta fuit exceptò manubio seu ansa in manibus ejusdem relicta, hoc cum vidissem non me continui vehementer illum objurgare, iratus & ipse caprabat frontem, manifestissimum indicium, quod justam repensioem non bono animo accepit, succedenteq; vespere egressus è cubiculo incepit, exacuere cultrū, & cum hora cubandi adventasset, ivimus ad quietē captandā, media nocte experrectus Moscovita clamorem expressit ex vehementia dolorum quibus conflictabatur, ego statim perterritus hisce clamoribus intempestis, surrexi, & celeriter Patrē confessarium adivi, cui candidè exposui miserā cōditionem laborantis socij, detexiq; statum Schismaticū, in quo anima ejus versabatur, illucescente die cum sublevatus crederetur magis viribus destitutus apparuit, ita ut nec de cubili surgere, nec tantillum se movere posset, ideoq; consilio Patrum fuerat ad hospitale infirmorum delatus, eò me non contuli statim, sed manens in conventu accepi à Patribus, quod laboranti ægroto Moscovitæ schismatico sacra sinaxis fuerit impertita, quo audito attonitus ad vicarium Generalem me contuli etq; exposui incapacitatem ejusdē Moscovitæ pro sinaxi Sacra recipienda, admoniti Patres adhibuerunt omnem diligentiam & curam illum reducendi ad veram fidē Catholicam amplectendam, in qua si occubuerit, DEUS solus scit post secūta ejus mortē, quæ mihi imprevisa & funesta cōtigit, dolorēq; incredibilem pro periculo animæ. Ad factum Officium sui evocatus, coram quo exposui conditionē personæ Moscovitæ, auditis circūstantijs amicitia quā cum ipso

in itinere cōtraxi, à quo expeditus audivi postea, quod cadaver illius miseri veluti membrū ab Ecclesia avulsum extra civitatē in campo fuit conditum.

Non possum hic omittere & silentio præterire, singularem pietatē & hospitalitatē cujusdam Sacerdotis sæcularis Vincentij Petito vocati, singularē benevolentia & hospitalitatem, quā erga me ostēdit, jussit enim ut in sua domo sinē ulla impensa manerē, epulis & commodo cubandi bene tractatus; multosq; dies ibi transactos occasionēs per mare versus Maltā quæsītæ inanes & frustratorios reddiderunt, licet quotidie diligentia præfati Sacerdotis indefessa pro me juvādo excogitaret & excuteret omnē modum faciliore mea vota ad itineris prosecutionem directā optatō exitu coronare, sed furdū visum mare fuit per tantum dierum intervallum nulla navis ad ista littora appulsa, quæ potuisset gaudio perfundere meū animū, si per mare aperuisset viam versus insulā optatā, cōmodiorem alijs vijs, quæ per terrā magnis in cōmodis & impensis solent cōfici.

§. X,

IN hac inopia occasionū ex parte navigationis consilium alio cōverti, quod præfatus Presbyter etiam approbavit nimirum ut Victoriā Civitatē pergerē, & ne iter durū & molestum mihi contingeret eqvum & hominē pijsimus Sacerdos destinavit meo servitio, usq; dum locum dictum consequeretur concessō generosō viaticō litterisq; comendatitijs ad quosdā optimos amicos Victoriæ degentes præter litteras ab eodem Sacerdote obtentas apud Gubernatorē Terræ novæ Civitatis ad magnum Eminentissimū Magistrū Maltensem sive Principem directas. Victoriæ per unā hebdomadā sum moratus hospitio exceptus in convētū Patrū Franciscanorū, donec unum navigiū, Tartana vulgō dicta, quæ directā, versus insulā Melitensem iter mihi opportunū obtulit, & fuit navigatio adeò prospera, ut ad locum optatū Melitæ una nocte tantum

tum cōsumptā pervenerim, quæ insula à Sicilia abest spatio nonaginta milliariū Italicorum, propugnaculū munitissimū adversus Turcarū incursiones, ad cujus portum noctis tempore appulimus.

Diluculo accessit ad nos Capitaneus portūs sciscitatusque est, an per mare aliquod Turcarum navigium obviam habuerimus, & quanto tempore ex Sicilia absumus, permissaq; in terra excensione ego rectē ad convētū Franciscanorum perrexi, ostensisq; litteris Generalis & Cōmissarij Romani Terræ sanctæ duxerunt me ad Cōmissarium alterum Terræ Sanctæ, qui sedem habet Melitæ in eodē convētū, qui cū me benignē excepisset destinatō cubiculō ad hospitium terræ sanctæ appellatum prædium opiparum præcepit ut mihi instruerēt, narravitq; idē Cōmissarius, quod societas cujusdā missionarij pergētis Jerosolimā ad manus erat, absolutō Prædiō accitus fuit Missionarius, meq; amplexus fassus est lætitiā & gaudium, quam se percepisse dictitabat ex mea persona Jerosolimā petente.

§. X I.

TRansactis plurimis diebus avidi expectabamus occasionē versus Palestinā interim litteras comēdatitias magno Magistro sive Principi Melitēsi reddiderā, quibus perlectis injunxit statim onus capitaneo portūs, ut si quæ navis Jerosolimā itura Melitā appelleret, statim domino illius navis me comendaret. In hac mora Melitæ protracta nō prætermisi singulares res & eximias, quæ Urbē mirificē adornāt intueri, primum etenim aspectum cōjeci in munitissima mænia, in propugnacula in fossas, quibus undiq; cincta insula est, miraculum benè unicum securitatis; duobusq; portibus gaudet amplissimis, quibus minores alij portus sunt cōtigni pro statione navigiorum tutissima præstada adversus hostium & vētorum incursus. Castellis innumeris circumvallatur præsertim illud Sancti Angeli: alterum Sācti Elmani & ca.

& castellum Emanuelis noviter erectum modernum ab eminentissimo magno Magistro Emanuele feliciter Regnate, præter alias fortificationes penè in expugnabiliter excitatum eiq; nomen Emanuel impositum, sic denominatum à magno Magistro vivente, qui in hac formâ & structurâ amplissimâ redegit.

Deficeret memoria, si numerum tormentorum muralium, quibus arces & propugnacula fulciuntur vellè recensere, bôbardas atq; alia telorum genere infinita unum tormentum immanissimæ magnitudinis, quod vocitatur Basiliscus veluti singulare recenseo, quod ad onerandum requiritur pila ferrea octuaginta librarum, hoc tormentum ex subacta navi Turcarû fuit acceptum exceptis alijs innumeris tormentis mediocris magnitudinis deperdito & submerso altero tormento seu Basilisco æquali primo, cum portû navis victa & victrix subivit vehemètia tēpestatis utraq; exagitata, & miraculum fuit, quod ante ingressum portus una cum jactura personarum & equitum non perierint,

§. XII.

Equitum Jerosolimitanorum Religio ea indole est prædita, ut qui illâ profiteretur statim veluti calcaria gloriæ & fidei dilatandæ Zelo admota pectori sentiat, & cum occasio pugnandi adversus infideles se offert, pulcherrima reputatur ab istis equitibus, qui imperterriti per mille neces, per mille pericula, quærent palmas & triumphos sprete Turcarum audacia & profligato suarum virium nisu sola virtute excitâte à DEO Optimo Maximo peculiariter protegente sua causa confirmata emittunt professionē paupertatis & castitatis, desumuntur isti ex varijs Urbibus Europæ alijsq; Regnis cum hoc onere injuncto, ut antequam adsciscantur in hunc numerum teneantur nobilitatem sui generis per multa sæcula intactâ à Mechanicis artibus comprobare, austeroq; examine inquirere, si in arborem genealogicam irrepperit de suis majorib; aliquis vel infamia notatus vel per duellionis seu reus criminis

la-

lætiæ Majestatis tyrociniû seu novitiatû per duos annos facere tenentur & hoc tempore varia itinera, quæ caravanas vocant, cum navibus seu triremibus Religionis debent perficere & per Maria excurrere, & si in quæ navigia Turcarû inciderint, statim aggrediantur, navesq; alias majores eorundem Barbarorû penitus invaderet & subicere teneantur.

Elapsô duorum annorû spatio magnus Magister donat illis habitum ex tela alba, signû evidentissimû professionis jam completæ. Si benè se gesserint, aut aliquod egregiô facinore se insigniverint adversus Turcas, de devicta aliqua navi reportataq; in triumphum Melitam, istos benè meritos magnus Magister seu cōmendis opimis, seu prioratibus auget & ornat. Dignitas magni Magistri seu Principis cōstituitur cōmunibûs suffragiis & si electio intra tres dies ab obitu magni Magistri nō conficitur jus statim devolvitur eligendi ad summû Pontificè in cujus arbitrio tunc temporis stat, què velit eligere vel ex gremio Cardinaliû, qui sunt equites Melitenses, vel ex numero eorundem Equitû magnæ Crucis, si Turcarum Rex Melitæ Insulæ bellû aliquod cōminatur, statim magnus Magister literis scriptis circularibûs evocat Melitam omnes equites ex omnibus mundi partibus, quibus nulla excusatio, exceptâ gravissimâ infirmitate prodesse nequit, ut se subtrahât, etiam si fuerit paupertatis ad iter longû faciendû; inopiâ etenim Equitis evidèter & verè comprobata succurritur à Religione abundè, ut sæpè sæpius cōtingit.

Ecclesia Sancti JOANNIS Baptistæ Melitæ magnificentissima existit, in qua surgunt Altaria, candelabris argenteis ornata, cãdidôq; marmore tota cõflata pendentibus crebris lampadibus, materia & artificio preciosissimis, magnus Magister figurâ verè Regiâ præferebat: tota etenim sua Aula equitibus natalium splendore inclitis constat, mancipia ad numerû octo milliû Turcarum ascendunt, quæ veandentia contingunt, si emptorem reperiunt & Religioni perpetuo addicunt, si pretium venditionis non admittût. Calculus animarum degentiû Melitæ cû incolis totius Insulæ octuaginta millium com-

K

putatur,

putatur, comprehensis omnibus exteris, ædificia habet pulcherrima, cum plateis fæcto lapide stratis, figura quadrata & rotunda aut sabærica præditi varij fontes prorupunt, in magna aquarum copia, civitas antiqua spatium quinque milliariū à præcipua Melitensi Urbe nova distat, in veteri Urbe Cathedralis Ecclesia parva quidem sed structura pulcherrima propter munitionem, quam præfert. Hic stetit Sæctus PAULUS ortur & non procul est antrum seu specus, ex quo solent homines eruere terram, quæ Sæcti PAULI dicitur, colore albò & molitie gaudet, veluti antidotum adhibent contra morsus viperarum, seu serpentum letiferos.

Ista terra quò plus extrahitur, tantò magis superest, observatur linguæ serpentinae, quæ in terra reperiuntur auctæ & bisuleæ, quasi ossæ, harum unam si quis gestat, ex brachio vel ex pectore pendentem, potest innoxius versari inter colubres. Narrant quod statim ac Divus PAULUS Melitam Insulam appulit, magnus numerus serpentum Insulam cõplebat, vix descenderat dictus Sæctus PAULUS ex navi, paucisq; passibus factis ignem parari iussit pro exsiccandis vestibus madefactis navigatione & momento temporis unus serpens exiit, ad manusq; Divi PAULI saltitavit, cui, & omnibus Doctor gentium maledixit, qui statim exanimes sunt facti, incepitq; cum magna facundia Conciones illi populo barbaro facere, qui rationibus & argumentis convictus fidem Catholicam amplexisset, & lustrali aqua tinctus idolorum servitutem ablegavit, suffecitq; socium in Episcopum Melitensem, non longè unus locus visitur, in quo quidam venator longum somnum plurium annorum traxisse creditur, superstite adhuc spelunca, in quam confugit, & cum in venatione abesset frater, nec vidisset quorsum frater deviasset, post aliquot annos apparuit in illa spelunca DEI-Para, quæ ipsum allocuta præcepit, ut in honorem illius construeret templum una cum conventu P. Dominicanorum apud quos benignè exceptus noctem & diem consumpsi, inter istos Patres probos & pios cõtiguit mihi unum Patrem agnoscere nominatum Salyatorem, virum singulari pietate & charitate erga

pro-

proximum præditum cum quo longam conversationem habui spiritualem sine tædio, peccatorem quendam sæcularem penè desperatum propter multitudinem criminum, quibus præmebatur ad penitentiam efficacissima oratione permotum reduxit, atq; expiatis omnibus suis culpis ad pristinam DEI gratiam recuperandam pertraxit.

C A P V T V.

§. I.

ADveniēte festo Sæcti JOSEPHI appulit una navis nationis Gallæ, quæ versum Tripolim in Siriam concesserat; hanc eandem navim opportunam una cum Patre Missionario supra laudato ascendit, cõmendatus à magno Magistro Melitensi Capiteo navis ejusdem; & vix ducenta milliaria confecimus cum statim tempestas maxima navis oborta est ventis aquilunaribus vehementer afflantibus, qui usq; ad Peloponnesum Regnum vix maximam nos detulerunt, cum magno navis periculo, adeo quæsabatur, ut in navigio vix consistere possemus; post aliquot dies huc illuc pullentes per mare infidum ad insulam tandem, quæ Cirigo appellatur propè archipelagum appulimus & vexillum explicatum supra arcem statim vexillum rubrum cum cruce & Leone vidimus, cum ingenti nostra lætitia, conjecimus etenim, quod illa insula additionem Venetam spectabat, quare inter duos scopulos veluti in unum Isthmum seu flumen intravimus prævia salutatione trina per explosionem tormenti muralis factam, ibi tres dies transegimus, donec mare placidum navigationi arriserit, huc etiam appulerat navigium Turcicum, prohibitum tamen gentes in terra exponere propter suspicionem contagij hæc de causa nos amice admonuit Capiteus, ut propè non accedamus huic cymbæ.

Insula hæc Saxosa incolis varijs habitata unam tantum Civitatem continet additis quibusdam villis. Castellum obtinet non adeo

K 2

ma-

magnum sed structurâ eximium, & benè munitum, mari junctum, juxta portû collocatû ad avertendas incurfiones Turcarum, si fortè fortuna invadere tentarent. In illa dierum mora ibidem facta, providò confiliò juffit capitaneus arma prompta teneri, antevertens omnè quancunque aggreffionè, quam Turcæ improvifò potuiffent moliri, cum navis, & quod pejus est noftrorû omnium detrimento; ut oblectamentû & refectioem caperemus præcepit idè Capitaneus, ut retia in mare nautæ projicerent, & magna vis pifcium in rete incidit, quibûs faturati abunde in cæna & in prædio fuerunt, aliqui Græci incolæ hujus Infulæ, qui collectos limaces appofitò igne in quadam Capèlla coquebât, in qua duo Altaria extant, in uno miffa latina habebatur, in altero Græca Schifmatica nullæ candelæ fuper eadem altaria videbantur, copiâ mihi limacum marinarum coctorû præbuerunt Græci illi, quibus ut gratiores guftui cõtingerent, condimentum aceti fuperpofui jidem polliciti funt dare pifces, quos fupmo mane ad navè delatos me dormiente unâ cum Capitaneo comederât, nullò mihi relicto: imò adeo fuerunt ingrati & ruffici, ut nò tantùm fuos pifces comederint, fed meos fervatos. Excitatus à fomno inveni omnia devorata, & cum adhuc fupereffent aliquot fardæ fivè haleces parvulimæ, unâ ex ijs, ut faltè mihi concederent anxius interpellabam, hanc quoq; denegarunt, miffitantes veluti canes adverfum me obfervaffem curiosus, quo in his fardis edendis fectionè inftituebât, veluti fi fuiffent magni petafones. Vix rifum continui à forditie iftius viliffimi pifciculi admodùm parvuli, quod divifum unû dentè vix attingebat.

§. I I.

Afflante fati fupferò ventò vafa collegimus & navigiò celeriter undas fecante Infulam Cretam fivè Candiam Regnum tenuimus, non multîs ab hinc annis amiferunt Veneti irreparabili jacturâ urgentibus fic fati, ut caderet Regnum illud opulentiffimum fub impiam Turcarum potestatem,

teftatem, pro cujus defenfione per fpatium viginti annorum imperterrita virtus Veneta obftiterat, ne rueret: fed poftca invalefcente magis in dies potètiâ Othomanâ & nò celeriter accurrentibus auxiliariibus Chriftianorû copijs longâ obfidione fatifcens, debuit tandè succumbere & veluti propè urnâ Cipri alterius Regni Florètiflimi erepti pariter Venetis à Rege Turcarum quievit, expectans ut fortunæ rota magis faufta pro fuo favore fuffeffu temporû circumactu, navigantesq; fecundo vento Regnû Ciprium totû quantum eft in fuo ambitu ante oculos noftros fuit obverfatum, amènitæ fructuû & fapore Vini generofitate & maficis abundantia refertam didicerâ priûs à libris, oculis fubjectum feracius eft quam calamo & lingua poffit defcribi. Villis plurimîs & delitiofis abundat, & crebra oppida reperuntur.

Incolæ funt Turcæ & pleriq; Chriftiani, Græci Schifmatici, Catholici rari admodùm occurrunt. Obtrinent hic Patres Francifcani unû cænobium in præcipua Urbe Nicosia pofitum. Imago Crucifixi reperitur in dicto cænobio, in cujus faciem temerarius Turca expuere aufus fuit & divinitus factum eft, ut Sanctus JOANNES Baptifta in ftatua expreffus, manû erexerit & Turcam infolentem verberaverit, & ne fugeret, divinitus ftatua altera fubfequens exprimens MATREM DEI dilectiffimâ & manu admotâ tenuit Turcam, ut jufas penas lueret pro nefario aufu cõtrea innocentè noftrum Salvatorem: Verberibus malè acceptus Turca arceffivit criminis PP. Francifcanos & poftulavit eosdem corâ Baffâ feu præfide, qui ftatim milites ad convètum direxit & fcificitantibus ab illo, quis eum verberaffet, cû crederetur voluiffè indicare Patres auctores verberum, ipfe Turca digito denotavit ftatuâ Divi JOANNIS, tâquam verberû largitore & DEI-Param detentricem fui ipfius, quò cognitò barbari milites rurfus interrogarunt, qualem injuriâ tu illis intulifti? ille ftatim repofuit, expuere in ejusdem faciem non dubitavi! & quis te docuit tangere Chriftianorû Numina? & fic cum rubore dimiffò Turcæ Patres infontes & nullâ panâ dignos reliquerunt.

§ III.

Progreſſe ulterius & feliciter noſtrò navigiò ante proſpectum Regni Sirciaci cõſtitimus, Urbisq; Tripolitanae portum commodũ & amplũ ſubivimus. Eſt alia Civitas hoc nomine inſignita Tripolis, ſita in Barbariæ Regno, in qua Rex moratur capitaliſſimus Catholicorum hoſtis, quando fuimus proximi iſtius civitatis Sirciaco interpoſita diſtãtia ſex milliarium vexillum albũ explicuimus, & ſtatim Conſul Regis Galliæ vexillũ propriũ albũ in Urbe Tripolitana cum lidijs expoſuit veluti ſignũ reciprocum amicitia, præſtitã ad hoc trinã exploſſione tormenti bellici ſine offenſione, veluti vicaria ſalutatione vices alloquij perſonalis ſupplẽte. Statim ac ancoram projecimus, Turcæ irruerunt ad noſtrũ navigium inquirẽtes ſedulò & diligenter mercimonia & qualitates aliarũ rerum & perſonarũ jdem Turcæ Patrem Miſſionariũ & me trahere volebãt ad terram, ſed Capitaneus prohibuit, ne ſine illo iremus; antequam portus fauces ſumus ingreſſi, providens Capitaneus ad libellam injeçtò lineò funiculò cum plumbo voluit metiri maris profunditatem, quia terra ſcopulis & ſirtibus infamis incautos nautas nõ pertẽtantes priùs altitudinẽ aquæ ſapẽ ſæpiùs decepit. Nos DEO dãte hujusmodi pericula evaſimus; terrãq; illã incolumes tetigimus magno cũ noſtro gaudio propter ardens deſideriũ, quod diu intra nos cõcepimus ejusdem terræ ſuperficiẽ oſculari propter memoriã noſtri Salvatoris JESU CHRISTI, quam ſapẽ ſæpiùs, dum degebat in terris inambulaverat.

Excenſione factã in terrã greſſum direximus, ad Cõſulem Gallũ, quem in aede propria ſalutavimus, reddita & ab ipſo reciproca ſalutatione, ſubſequentẽ alloquio nobis officioſe facto in lingua Italica; quò abſolutò præcepit uni ſervo Turcæ, ut ad cõventum Patrũ Franciſcanorũ nos duceret, quẽ vix ſubivimus & obſequia noſtra ſuperiori detulimus, ille nihil cũctatus, excepit,

nos

nos cum magna benevolẽtia & in cõmoda itineris appoſito ſapidiffimo prædio reſtauravit, reparavitq; vires in lõga navigatione deperditas epularũ ſcitiffimo guſtu & vini ex collibus mõtis Libani deſcerpto ſvaviſſimò liquore, qui idẽtidem extra prædium deguſtatus, delicias palato renovabat inter illos amabiles fratres fuit Miſſionarius Hispanus, Italus & frater Gallus, quartus qui mecũ iter habuit fuit Siculus, callebat optimẽ linguã arabicam Romæ perceptã apud Sãctum BARTHOLOMÆUM in Inſula, in quo cõventu ſchola hujuscẽ linguæ aperitur, pro Miſſionarijs illuc ſuo tẽpore ituris: pronũtiatio tamẽ non adẽdò erat perfecta, ut poſſent illic intelligere; hac de cauſa Pater Superior cõfeſſarius & Cõcionator linguæ Arabiæ ſumpſit ſibi onus illum docẽdi perfectiùs in pronũtiationis felicitate. Cõventus iſtorum Patrũ in optima ſitũs poſitione verſatur, cõtinet pulchrã Eccleſiã cum excellenti choro, ſe exporigẽtibus plateis, & diſpoſito circũ arborum ameniſſimarũ ordine ad captãdam umbrã, & ante Reſectorium in vestibulo prolabitur fontẽ admodũ piſcinæ ſectò lapide & benẽ dedolato undiq; ornatus; Pater Superior & Pater Siculus venerunt mecum ad ſumẽdas res noſtras in navigio delatas; Turcæ exactã inquisitionem rerum omnium fecerunt, & cum Pater Siculus detractaſſet, id quod in ſaculo ſeu pera habebat Turcis petẽtibus ut oſtẽdat parũ adfuit quin unus Turca nõ verberaverit, ego è cõtra fui paratus oſtẽdere intũs quod erat: Turca ille huic præoptitudini adẽdò acquievit ut ultra quid expetere nõ voluerit. Propter diſtãtiam portũs à Civitate circumeuntes eãdem Urbẽ, portã propẽ cõventum intravimus, incidẽtes in duos Turcas: per plateas propter anguſtiã loci Pater Superior unum ex illis Turcis forte fortuna tetigit; indoluit turca & præter cõtumeliõſa dicta, quæ cõtra illum evomuit, eduxit & cultrum, quò volebat illum trãſfigere, apprehẽſo pallio, malis modis illum accepit, imò illi injunxit, ut admoveret os ad oſculãdum; Ille Superior ſtatura procerus & Turca exiguus, ne ad majorẽ irã inobediẽtiæ incitaret, indulſit illius geniò, caput inflexit ut os ori jungeret, & hoc

pacto

pacto scæna ista primò aspectu subtristis cum risu desijt, & cum osculo Turca insolentissimus acquievit.

§. I V.

Civitas hæc in planitie posita veluti ornamenta adjecta hortos viridaria, vineas fruticesq; habet præter arbores Limonios, & poma citrina diversa ab Europeis, ubertate sua & pōdere fructuum fatiscētes. In hac eadem Urbe degunt Patres Jesuitæ, Carmelitæ, Capucini & Patres Franciscani, apud quos ego diverti, deinde Capucinorum hortum volui invisere totum consitum arboribus bene in omni dispositis, quorum amænissima opacitas folijs nō admodum densis cōtexta ad arcēdos solis radios interpolatis Limonijs fructibus delectabile aspectum oculis trāsēntium efformat, & svaviolētiā incredibilem naribus cōciliat; solatij causā unāvicē ad portum cōcedere volui & infidēs Asino adverti Turcas post me clamātes, projiciētesq; baculos ad similitudinem sagittarum elaboratos, adversum me cōtortos. Cessarunt tādē istā insolētiā prosequi, viamq; suam amplexi sunt; homo ille, qui meus ductor fuerat, ab initio viæ retrō māsit, ego per aliquot dies in Urbe moratus cum fuissē, præstolatus occasione versus Palestinā ad hanc Urbem accessi primis hebdomadis duabus ante Pascha & potuissē Jerosolimam advētare, eodē die paschatis si per mare opportuna occasio sicut optaveram se dedisset; per terram volui iter conficere, sed Superior libenter consentum nō præstabat propter periculum latronum Arabum, qui vias & itinerantes infestant.

Demum ut DEO Optimo Maximo placuit ad manus fortè fortuna navigium seu Tartana græca insperata successit, super cujus malum ventilabat vexillum Regis Angliæ, metu Melitensium propter explicandum hoc signum Anglo Cōsuli græcus Capitaneus persolvit ut impetraret patētes, Tripoli residet Consul Anglus,

Con-

Consul Holandus & Venetus & Gallus pro dirimendis controversijs, quæ suboriri solēt cum alijs diversarum nationum & Turcis & protegēdis partibus propriæ nationis, si prævaricari Turcæ vellent. Ascēdimus istud navigiū varij vectores ex varijs regionibus advenientes extiterunt etenim Turcæ, nimirū Turcæ Græci & Armæni & ego solus ex Polonia: adfuit quidā græcus adolescens, qui linguā Italicam optimè sciebat, ajebat se esse Catholicum, sed mihi fugā fecisse visus fuit, ex eo, quia ista natio pro suo libitu diversos vultus solet induere; cum Catholicis etenim versantes isti græci Catholicā Religionē profiteri se dicitant, cum Schismaticis schismaticā sectam affectāt, cum Turcis facientes Alcoranus non displicet, sed quidquid de istis sit, omitto.

§. V.

NOs felicitati venti obsecundātes, ex Tripoli adversus Sioniam contēdimus, sed antequam pervenissēmus, mutata est cæli facies & tota itineris nostri ratio optimè incēpta facta fuit pessima exorientibus ventis contrarijs, qui fuerunt in causa, ut stationē quandā sub uno monte latentē in littore celeriter arriperemus usq; dum maris tumor & fastus elatus sublieret placidus. Interim nobismetipsis consulentes opportuno tempore potuimus descendere in terrā & à radicibus montis illius gradientes ad cacumen montis in quo situm erat monasteriū Sancti BASILIJ, conscendimus, hic degunt Calogieri seu Basiliani Schismatici habentes Ecclesiam, excavatā in una spelunca eminentibus utriq; saxi partim sectis, partim nativis deductā justā latitudine monasterio concessā, quod squallore paupertatis est obsitum montis saxei naturā respiciens tulit casus, & Basiliani isti Psalmodias in Ecclesia canerēt, ut cū me tædio affectum observassent, fastidiū mihi consistēdi super pedes rectos voluerunt adimere suppeditatis duobus baculis in figuram semicrucis, quibus in defectū scamnorū de-

L

berem

berem inniti & brachia sustentare, quod cum recusassem, illi vehementius instabant, ut sumerem; dissimulabam in vultu & in gressu minorem devotionem in sua Ecclesia, ne vana gloria illis procurarem, quasi fuisset admiratus eorundem preces & ritus in forma Schismatica adimpletos, quibus absolutis ab Ecclesia egressi Monachi illi videtes, me quoque exeuntem blandis modis invitarunt me, ad comedendum in vestibulo ejusdem Ecclesie inducto uno tegumeto ex stramine facto, projectisque corporibus in orbem more turcico cruribus reclinatis hoc pacto juncti accubebant, meque in hunc modum componere fuit necessitas, nullis subfellis existentibus, quorum usum penitus ignorat: tria statim fercula insulsa potius quam sapida in mensam humi stratum inducta sunt, nimirum triticum coctum & abjecta herba sale & aceto macerata, olivæ pariter sic cocinatae appositis panibus subcinericijs cum aquæ frigidæ amphorâ delicias rudes istius convivij efficiebant; ego aversionem istius populorum genio potius Austriaco quam Urbano non ostendi, sed hilaritate vultus legebam quantum poteram fastidium & in suavitate epularum.

Mirum est verbis explicare cum quanta austeritate vivunt, monachi prædicti sub instituto Sancti BASILIJ Magni, sed erroribus Photij Schismaticorum Antesignani, infecti diaboli potius martyres, quam DEI cefendi sunt. Prospectus latissimus ad mare porrigitur ascendentibus & descendentibus leniter ab hoc monte, odorque suavissimus efflabat ab illo nemore variis floribus confito, quorum copia versicolor oblectamentum intuitum oculis offerebat. Eodem momento, quo venimus ad naræ in littore sub montis celsissimi laterestitim, invenimus altercationem seu rixam, inter vectores ortam: ego hoc visum super unum cadum aquæ secessi, & statim ab uno Græco adversus me irruente sine ulla causa ab illo fui excussus, apprehensusque cadum illorum manibus, in me impingere destinavit fuitque evidens periculum, ne caput meum lethaliter frangeret, sed ab alijs vectoribus se iatromittentibus pro bono quietis fuit alienatus & impeditus: deprehendi, quod origo iracundiæ prædicti Græci proveniebat ex

suspione

suspicione adversum me concepta, perinde ac si totus aureis onustus essem; fateor tamen, quod aliquot aureos non in ea quantitate, quam ille sycophanta credebat, sed quantum ad meas indigentias satis erat, apud me habebam, servabamque in quodam involucro lineo, quod clam propè costas obligavi, & cum gressus movebam pedis infirmitate timens eorum malitiam simulavi, sicque favente DEI gratia à laqueis istius hominis perditissimi evasi.

§. VI.

NOcte ibi unam consumptam summam manum illinc discessimus & vela fecimus Tripolim versus ivimus ex parte tamen oppositam, quia ventorum arbitrio non nostræ voluntati obsecundare necesse fuit. Ad Malatiam tandem compositum mare Tripolim appulimus protinus ad conventum recta ivi, evocatoque Patre Superiore illum sum deprecatus enixè, ut meas pecunias usque ad reditum penes se teneret; indicavit unum mercatorem consummatæ fidei & bonæ frugis hunc adivi, unam cum Patre, eidemque credidit: mercator annuit datamque schedulam mihi pecuniæ apud se depositæ, gratias illi agens cum superiore ab illius conspectu discessi, nec ullam accusationem volui intentare adversus Græcum, apud Consulè Gallie cui si detulisset, apud Præsidem Turcarum justas pœnas furti meditati luisset. Tribus diebus ibi completis sedimus, donec exorientibus bonis ventis navigationi personas nostras rursus commisimus, & in altum proventi Sidoniam versus vela expandimus, quæ nautæ paulisper inflexerunt, cum radentes littora proxima illi monti Sancti BASILIJ, in quo steterimus primario. Inquirensque ego causam hujuscem obsequij insoliti, responsum paratum dederunt, quod veneratio ejusdem dicti loci ita postulat, & mos seu consuetudo à prætereuntibus navigijs Græcorum sic inoleverit.

Navigazione lætis auspicijs procedente & variis sermonibus nobis horas traducuntibus meridianum tempus accessit, & quilibet suos

L2

cibos

cibos servatos ad edendum pro refectione virium naturalium quotidianâ produxit: extitit Turcica mulier, quæ & ipsa orisum cum lacte commixtum coxit in olla, mihiq; benigna exhibuit, ut degustarem, ego gratias illi agere nutibus non cessavi, & Græcus ille, qui Italicè loquebatur, in Arabica lingua eidem mulieri manifestavit, quod ego hujusmodi escas veluti Catholicus non admitterem. Vis maxima tempestatis & sæva propter aquilonares ventos excitata improvise adeò nostrum navigium perculsit, & agitavit, ut vix portum civitatis Bairut appellatæ tenere potuerimus; equus nō exiguus in nostro navigio reperiebatur. Et cum occasio descendendi in terram sese obtulisse parùm abfuit, quin ille equus in mare nō ceciderit, tū propter nimiam Cymbæ agitationē, tū propter cōsternationē excitatā in equo ab impressione fluctuū maris terribiliter mugientis. Oculis huc illuc cōversis per vias istius parvæ civitatis occurrit Cænobiū Patrū Capucinatorum, ad quod promptus perrexi, & tantum duos Patres inveni, loci angustia & inopia omnium rerum cōstitantes, ut indigeant Ecclesia græcorum ad obeūda officia divina & ad celebrandas Missas, assignatā minore parte Ecclesiæ ejusdem, unā cum altare in obscuro loco posito, accidit meis oculis res curiosa, ut dū templū ingrederer mulier supra sepulchrū soluta in lachrymas observata fuit, in hoc actu sic constituta, à summo mane usq; ad meridiem; ego sciscitatus causam ex illo Patre Capucino habui respōsum. quod per integrum anni Curriculum sæminæ, quæ suis Maritis erant orbata, cōsuetudine sic tenente, quotidie hujusmodi fletum & lamentationem debebant instituere super sepulchra defunctorum conjugum & circulo anniversario anni, finitū dicebatur luctus.

Modis omnibus benevolis vicerūt isti Patres, ut ad prandium cum illis accūberem, quō finitō egressi ab illo suo parvo hospitio singulares, quasdam parvas res, ambulātes huc illuc per urbē, ostendebāt; inter has Palatium vidi ad normam & juxta Europeorū struturā constructum, cujus Dominus fuerat Princeps & cum totū be-
nē

nē orbem peragrasset, hujusmodi Palatiū unā cum editissima turri jussit ædificare, eò consilio ut ab editissimo ejusdem turris cacumine Insulam Regni Cyprī totā quanta est detegeret, & commodè prospiceret: sed quando id relatū fuit Regi Turcarū, laqueo suspēdi jussit in pœnam, quod mores Christianorum in ædificando fuerit imitatus.

Post hæc pervenimus ad plateam quandam, quo Turcæ cōveniunt, fuitq; unus cum instrumento musico, quod violinus nominatur, duabus hordis tantum præditō unā cum libro manibus prætenso aliquot cantica Arabica cōtinente, vocem eodē tenore & exploratis tantum duabus chordis fidibus ingratum sonū & cōcentum ingratiſſimum edebat, ridentibus alijs Turcis, spectaculo hoc ridiculo & partim serio correptus interrogavi Patrē, quid ille caneret? & ille reposuit, quod canticū pœsī naturali concinnavit, exaratum super argumentum propriæ captivitatis, quam sustinuit apud Christianos & miris malis omnes circumstantias temporis, quo fuit captus & modos calamitatēq; omnem per partes enarrat, moresq; qui vigent apud Christianos tum rituū, tum ceremoniarum & varias gubernandi formas ad vivū exprimebat canticis, illis metro Arabico illigatis.

S. VII.

Post ambulationem hujusmodi rediimus ad Conventum cum fixa cogitatione ibidem pernoctandi, sed supervenit Græcus ille, qui Italicè loquebatur, & mecum in navigio fuerat, retulitq; mihi ut loco transigendi noctē in Cōventu in alterum locum cum illis cōvenirem pro dormicione, inquietabat enim, quod sequenti die summo mane cū alijs socijs per terrā Sidonē Civitatem pergere decreverat, addutens rationē, quia mare est turbidum & tempestate non admodum favorabili navigationi exagitatū. Acquievi suis dictis nec aliquid malitia cōcepi ex hujusmodi sermone, imò explevisse partes boni amici erga me sincerissimè autumnā-

vi. Junctus ergo cum illis pro quiete nocturna captāda intruserūt me in unum cubiculū obscurū & humidum, sterquiliniū potiūſ vel stabulum appellādum, quā̄m camera; nullibi hīc cauponæ reperiuntur injecto igitur uno tapete stramineo in angulo illius loci humidi & sordibus obſiti deſtinarūt, dederuntq̄, mihi indicium, vt ipſi fecerunt, cubarē; ſic unusquiſq̄; noſtrū tacitus dormire curabat, ego tamen ſiniſtri aliquid ſuſpicans; non potui ullo modo oculos claudere, ut me penitus ſomno traderem, ſed inquietus votis & ardenti deſiderio ſollicitabā futurū diem craſtinum, vt in lumine caliginofi mei timores, nō temerē in mente procreati, diſpulſi evaneſcerēt; ſed nō ita cōtigit, nam media nox vix exordium ſumpſit, cūm ſtatim Græcus ille malus Conſiliarius laneo pede ad me acceſſit, & cūm me jam ſomno obrutū profundo crederet, furtivas manus capiti meo admovit, contrectans excutiensq̄; ſingulas meas res involutas; ego malum animum perſentiens ne hiſcere quidem ſum auſus, & tacitus expectabā, quid ulterius nocturnus fur attētare, ſed cūm fruſtra quæſiſſet tandē quievit; tunc ego, vt ſuam malitiam delegerē & opinionem ab illo amoverē, dixi protinus: ego pecunijs careo, ideoq̄; oleū perdis in me excutiendo: ille ut me delam aliquam umbrabile afferet propriæ nequitix commentus eſt, hunc dolum, dicebat etenim ſe id feciſſe affectūs gratiā cūm cōmodius pulvinar ſuppeditare meæ cervici aſſerebat & benè jurabat, imō ſuos ſocios veluti infidos mihi oſtentabat, & vt ab illis caverē, ſæpè ſæpiūſ admonebat, cūm tamen ipſe pejor omnibus & magis improbus exiſteret.

Nocte ſic inſomni tranſactā, adveniente die iter incepimus verſus civitatē ſuperius enūtiatam, cōmodo equorum, mulorum, aſinorūq̄; in eodem itinere uſi fuimus, arva immēſa planitie prædita, arboreta tranſivimus, nemūſq̄; olivarum arboribus denſum penetravimus aliāq̄; ſilvam denſitate foliorū & ramis innumeris opacam pervaviſimus repertā unā caſā, ſeu tugurio rudibus lapidibus cōpactā, in qua veluti excubias milites Turcæ agebant, quibus unus-

quisq̄;

quisq̄; noſtri ſeptem para, monetæ Turcicæ ſolvere tenebatur qui duos Paulos conficiunt Romanæ monetæ, ego ſciſcitatus ſum cur iſtā ſolutionem fecimus, ille Græcus amicus fictus reſpoſuit; ſi hi milites ſtationem nō haberent graſſatores hic regnarent, & latrocinia plurima cōtingerēt; Progreſſi ulterius perveniſmus ad torrētem aquarum copia redundātē, qui ex mōtanis locis & alpibus præruptis deſcendit, & in mare prorumpit, & trajicientes per flumen illud propè mare cōtigit, quod una ſæmina Turcica mulō infidēs cū mulo fuit prolapſa, incepit flere & clamare perterrita mulier, violētia aquæ res multas ſellæ annexas abſtulit, & niſi Maritus & agaſo muli ad ſubſidium ferēdum accuriſſent, periſſet ſinē dubio uxor; ego quoq̄; in ſimile diſcrimen adductus fui.

§. VIII.

Multō itinere confectō quievimus e ductisq̄; ex peris, facisq̄; rebus ad eſum ſeu victum pertinētibus ſcilicet ficus viſpaſſis ſivè ruſinis, pane ſubcinericiij coloris, vires reſecimus, hauſtā aquā in lagenis frigidiffima. Poſt unius horæ ſpatiū quieti & cibo cōceſſō res noſtras ruruſ collegimus proſequētes iter noſtrū jam inceptū propè oras maris, ſed viā ſemper obſtruſā & vix per viam propter lapillorū copiā naſti fuimus, quæ magnum laborem & moleſtiā nobis incedentibus peperit.

Turca Dominus muli, quo in itinere ego utebar, præbat antecedebatq̄; invenit in littore maris quoddam ejectionū, quod mare ipſum eſcit ad littus, atq̄; in meam faciem projecit, tunc Græcus ille Italicæ linguæ peritus arguit illū, edixitq̄; quod ſi non deſiſteret ab iſtis contumelijs mihi inferendis certo certius cūm Sidonem perveniſſet futurum, ut ego deſerrem & accuſarem illum apud Conſulem Gallum & præter aliquam pænā infligendam poterat & timere aliam nullum pretiū de muli vectura recipiendi, Timuit inſolens Turca, & ſuis rebus ſilentiō & moderatione conſultius proſpexit.

§. IX.

§. IX.

IN conspectum civitatis Sidonis vix venimus, cum statim locata castra & tabernacula versicoloria militum intuiti fuimus. Cum magno nostro oblectamento vix portam Urbis fuimus ingressi dimisso mulo, quo utebar solutoq; pretio, quod in conventionem venerat, Cōventū Patrū Franciscanorū adivi die Mercurij ante Festa Paschalia Anni 1726. & coram Superiore steti, qui nō adeo benignè me excepit, fuit natione Gallus sicut & alij Patres, ostendi illi meū testimonium, quod pro sumptibus terræ Sāctæ Tripoli reliqui pecunias; rursus literas Pōtificias à Cōmissario terræ Sāctæ manēte Romæ exaratas præsentiavi, sed ille postquā legit nec austerus, nec nimis benevolus meis oculis apparuit. Per duas hebdomadas in illo Cōventu permāsi; postremis diebus secundæ hebdomadæ sorte fortuna obrulit se idonea occasio cujusdam navis Gallicæ, quæ suum cursum dirigebat versus Jafam, seu Joppen Civitatem primum portum, quem attingunt ij, qui Hierosolimam petunt.

Antequam discessi nō possum silentio præterire varias benevolentie significationes à Patribus illis, & præsertim à Patre Superiore habitas nō ita sicut judicavi ex primo impetu & visu morū habitas illis diebus Sāctissimis, quos in eorum cænobio hilariter traduxi: inciderat enim Hebdomada Sācta & Festa Paschatis, quæ cum omnibus ceremonijs, quas sacra Liturgia præscribit celebraverunt, additis instrumentis musicis, & sonitus parvi æris campani, erecto ante sepulchrum CHRISTI cum lampadibus & candelis innūmeris accēsis scintillate. Imminēte tempore discessus navis ab illo Portu idem Pater Superior voluit me illuc comitari cum alijs Patribus, & allocutus Capitaneus fuit in meum favorem, ut in itinere peculiariter faveret, quod præstitit egregiè, & fideliter laudatus Capitaneus. Postquam tamen vela dedimus vix emensi sumus viginti

miliaria,

milliaria, quod statim vehementissimus ventus Aquilonaris insurrexit, qui huc & illuc in incertum vagati, tandem post unā hebdomadā Jafā pervenimus, quo appellere debueramus si mare arrisisset spatium tantum duorum dierum.

§. X,

NOcte portum istum fuimus ingressi, cum sole adhuc non occiduo detexissemus procul montē Sanctum Carmelum unā cum monasterio. Apprehenso hoc portu feliciter ibidem securi à tempestatibus pernoctavimus, sed inclarescente die excedimus in terram illam impollutam, & sanctam vestigijs Domini nostri JESU Christi, & Apostolorum consecratam. In navi eadem, qua vecti sumus novi Judæos qui Cōstantinopoli tanquam Peregrini Jerosolimam pergebant, ut inviserent sanctā civitatem, loca Prophetarum & vestigia Templi Salomonis, & pariter Lutheranus ex Hollandia, qui curiositate ductus peregrinationem Jerosolimitanam susceperat nobiscum, supradictus Capitaneus advexit in sua navi tres ingentes sacculos argenti & auri Patribus Franciscanis, qui terræ Sāctæ invigilant tradendos, juncti omnes peregrini Catholici ad hospitium Terræ sanctæ quod est in Jafa Civitate perreximus, ibiq; ab uno Patre fuimus introducti, cui est injunctū hoc onus, ut iste solus Pater debebat recipere omnes peregrinos cujuscunq; conditionis, sexus & ætatis Jerusalem advenientes, meq; inter istos peculiari modo excepit, jussit prandium parari, & ego cum diutius noluissem expectare rogavi, ut eodem die Jerusalem deduceret, hujusmodi hospitium est situm in eo loco, in quo Sanctus PETRUS Apostolus degebat & hic contigit findonis sacre expansio à JESU CHRISTO ordinata, in qua serpentes Scorpiones & alia animalia deformia apparuerunt.

Pater istius hospitij peregrinorū acceptator Nicolaus natione Hispanus vocabatur: iste meo cōmodo prospiciens asinum repe-

M

rit,

rit, adjecto puerō turca, qui eundē asinum debebat revehere, cum ego mediā itineris partē Ramā Civitatē versus absolvissem, sorte fortunā, inveni Patres Franciscanos, Carmelitā, & unum Jesuitā Polonū, qui ex Persia venerat, Missionarius ibi nomine Pater Crusinski, occursum istorum Patrum utpote inopinatus non potuit esse adeo opportunus ad alloquiū cōmodē instituendum sicut optaveram; diversam igitur viam ineuntes à me abiverunt; antequam divideremur, Pater Carmelita interrogavit ejus sim & unde veniam? ego statim reposui, quod sim Europeus ex Regno Polonico, post hos dimissos obvios habuimus Camelos, super quorū unum sedebat Turca adolescens, qui cōtumeliosis verbis adversum me prolati subsannabat cum maximō cachinnō, spretis tamen ego hujusmodi verbis vanissimis, magis seria cogitabam & levissima ejus verba, flocci faciebā. Inter equitandum in hoc eodem itinere, cum alijs Turcis exstitit unus Turca, qui in via certā aliquam rem accipiens, cum pro illa re sumēda caput & corpus inflexisset, asinus ejus ego fessor eram, cum uno pede vestem illius Turcæ compressit, Turca idem cum vestē eandem vellet retrahere propter vim impressam laceravit; hac de causā Turca irā percitus magnō impetu in me irruerat, & cum tentasset me de asino dejicere & nodoso fusto me pulsare, ego ut irā furiosi hominis prævertam, magnam casei partem veluti cerbero objeci ille hōc porrectō pabulō victus desijt exardescere & impetū cohibuit adversum me, risit eodēq; tempore nō invitus caseum sumpsit, mihiq; panem subcinericiū absconditum sub suum nigrum & sordidum indusū promptus obtulit; ego ne viderer dedignari suū bonum affectum, non recusavi accipere: quem tamen panē clam projeci; stomachus enim meus nō valebat massā illam panis cinericiam & siccam cōmodē concoquere, porrexit idem

Turca quoddā ligni genus dulcissimum, quod *Liquinea* appellatur, venale apud Pharmacopolas, utile admodū pro pectoris obstructione.

§. XI.

§. XI.

Interim itinere hoc absoluto Ramam sospes & incolumis perveni, hospitiumq; subivi in quo duo Patres Franciscani tantum versantur, licet pro sua amplitudine possit admittere fratres numero majores, fruitur amantissimo horto varijs oleribus & fructibus confito, muris nō exiguis cincto, præter multa cubicula duas Ecclesias tenet, quarum una omni supellectile sacra destituitur, quam domum Josephi & Nicodemi, qui de Cruce Dominū nostrū Salvatorē JESUM CHRISTUM deposuerūt, fuisse pleriq; censent.

Altera autem Ecclesia & major exercitijs & officijs divinis semper addicta pro cōmodo Catholicorū, qui tamen nō sunt frequētes in illa civitate. Istorum duorum Patrum, qui reperiebātur in hospitio unus erat Hispanus vir comis & benignus. Antequā urbem subivi occurrit mihi pulcherrima silva olivarū, in qua silva est Ecclesia magnitudinis non exiguæ cum turri, quam Mahometis cultui dedicata esse conjeci, altera parva Ecclesia ante oculos meos fuit observata, distans tria milliaria palmis altissimis undiq; circūdata, quæ suō temporē sapidissimos dactilos nominatos producūt. Urbs Rama de qua dicunt literæ sacræ, *vox clamantis in Rama audita est*, antiquitatis & opulentia gloriæ præcellit, possessione loci planissimi gaudet, quæ usq; ad Ægyptum porrigitur, per spatium tantum viginti quatuor horarum hīc permansit.

§. XII.

Die sequenti Pater ille ante laudatus veluti ductorem destinavit Turcā cum asino, quo ego debebā uti in itinere & unū Maronitam Christianū, non approbavit etenim supradictus Pater itineris mei rationē pedestrē propter Turcarum incurfiones. Iter igitur istud sic inceptū varijs curis & mentis molestijs

M2

fuit

fuit plenum; videbā etenim Turcam sæpè sæpius humi prostratum aure admotā terræ, ad captandū strepitum euntiū vel redeuntium personarum tenebris jam coactis noctis, quæ adulta fuerat; quā tandē dispulsā pervenimus ad campū illū celeberrimū in sacris Paginis, ubi David fundā prostravit gigantē Goliā, post hæc consultius putavi, relinquere asellū & Turcam & Maronitam sociū assumens Jerosolimam attingere ardenti desiderio cupiebam latissimus.

C A P V T V I.

§. I.

Mihi primū occurrit mons Oliveti cum una Ecclesia. ibidem fundata propter memoriā Gloriosissimæ Ascensionis ad cælum Domini nostri JESU CHRISTI. Jerosolimam currente die 12. Aprilis Annō 1726. cū magno gaudio & incredibili lætitia sum ingressus, nescio hic explicare animi mei felicitatem, quā in petore capere non poterā pro immenso gaudio, quod hauriebā ex aspectu & fruitione istius Beatissimæ Sion seu Cælestis Jerusalem, quam monitus tenebam, tot votis sollicitis exoptatam, pretio tot periculorum vitæ & incōmodis mihi partam, respiratione Divinissimi Salvatoris JESU CHRISTI, quandō degebat in terris beatam olim redditam, duos menses hilaris & totus gaudiō perfusus traduxi, institutis visitationibus pijs tum ad Bethlehem, ubi JESUS CHRISTUS cunabula habuit, tum ad Sæcti JOANNIS villam ubi idē præcurfor fuit educatus, & prædicavit.

Conventum Sæcti Salvatoris adivi Patrum Franciscanorum, ibiq; mea obsequia Reverendissimo Patri Guardiano Jerosolimitano Jacobo de Lucca appellato detuli, eademq; officia Urbanitatis cum Patre Procuratore Terræ sanctæ obivi, qui me summa cū benevolentia cōplexus est, jussit statim afferri mihi spiritū Vini cū succaro sive cacaro, additā paterā amigdalorum dulcissimorū. Ecclesiā de-

inde

inde intravi, quam veluti Imaginē Paradisi terrestris ad vivūm expressā sum cōtemplatus & demum cū hora prandij appropinquaret, ad Refectorium me cū alijs Patribus deduxerunt, assignatoq; loco tertio post Patrē Guardianū idem Superior, cum in Ecclesia post tertiā diem cum alijs fratribus cātabat, pediluvium mihi præbuit flexis genibus, post iterata oscula meis pedibus impressā instituta. sacra ceremonia hujusmodi: unum etenim meum pedem supra suum genu sustentabat, Patres alij propius accedētes genua flectebant, osculabātur summitatē mei pedis canēdo; post hoc candelā mihi accēsam porrexerunt processioneq; institutā prosequētes tantum, Ecclesiam subivimus designato loco in media Ecclesia ad latus dextrū sui constitutus versus magnum Altare, ubi est SACRAMENTUM Sanctissimum, absoluto *Te DEUM Laudamus*, orationes ante dictū Altare recitavit Pater ex illis Franciscanis pro gratiarū actione erga DEUM, qui fuerat dignatus pro sua immēsa miseratione incolumē me perducere ad illa loca Sanctissima, quæ omnia nō sine lachrymarū effusione & audiui & vidi præsens. Demū extincta cādela rursus eādē munitā sigillo Sæcti Salvatoris reddiderunt mihi multū propitiā in ultimo mortis trāsitu, dicta cādela ab hoc sæculo, hiscē pijs ceremonijs ritē absolutis Refectoriū petimus, & huc ego cōveniens Patres recto ordine procedentes, me amplectēdo manusq; suas super brachia mea ponēdo, unusquisq; boneveneris lætus pronuntiabat. Finito prædio & cæna solent Patres patenas & orbes stanneos mutidare à sordibus ex epulis contracto abluere, id peregit & superior, qui primus actum hujuscē humilitatis exercet, ego ad eorum exēplum volebā illud idem præstare, sed obstitit ejusdē superioris auctoritas.

§. II.

PAucis diebus elapsis idem Pater superior fratrem unum, cui Angelicus momen erat, destinavit, ut me per omnia loca Sæcta civitatis duceret, aliumq; hominem Christianum

linguæ

linguæ Turcicæ peritum addidit, pro majore securitate adversus molestias Turcarum, qui ut delinirèntur, si fortè infesti fuissent, panes & caseos in sacco posuerunt adjecta utra vini pro nostro potu diurno. Exeuntes igitur per portâ Damasci indicarunt statim sedē ubi Jeremias Propheta morabatur, & prophetias exaravit in uno specū, qui modo stagnāte aqua repletur, mænia Urbis Jerosolimæ circumivimus, Vallēq; Josaphat tetigimus, in propatulo fuit locus quò Divus Stephanus fuit lapidibus petitus, ibiq; Divus Paulus vestes lapidatorū, cū erat adolescens & persecutor Christianorum custodiebat, ad hodiernam usq; diem cernitur, vestigiū lapsūs Sancti Stephani relicta imagine totius corporis velut si in cera mollissima cubasset, in eadem valle Josaphat sanctissimum Sepulchrum B. V. M. mihi denotarunt, ubi est Ecclesia non exigua subterranea condita à Sancta Helena, cujus Ecclesiæ januā vix patefecerunt, cū statim ordo sexaginta graduum, in una scala apparuit, cū luce tantum cōmunicato per unā fenestram, quæ parva admodum existit.

In Capella ejusdem Ecclesiæ quasi tabernaculum aliquod prominet, parietes obscuri, & pulvere obsiti occurrūt, pendentibus tribus lampadibus perpetuò ardentibus, hic quotidie peragitur Sacrum & paramenta omnia ad sacrificium necessaria ex Cōventu Sancti Salvatoris afferrī solent, præter sepulchrū B. V. M. Adest & illud Sancti Josephi & Joachimi Patris B. V. M. nō procul est spelūca horti Getzemani, quam Dominus JESUS, cū orabat ingrediebatur, & Sanguis è toto corpore prorumpebat; idem locus indigitatur, ubi Angelus cū calice veluti Sāctus consolator apparuit; non longè indicatur locus, ubi Judas proditor osculū Divino vultui JESU CHRISTI impressit. In hoc eodem loci circūferētia Apostoli fuerunt somno obruti, CHRISTUS vinculis fuit adstrictus ductusq; ad Annā. Et totus iste districtus vocatur hortus Getzemani, in quo existāt novē plātæ olivarum vetustissimæ in truncis, quas ajunt ab illo tempore Domini nostri Salvatoris ad nostros hucusq; dies superesse; saxum magnum super-

superexstat, in quo cingulum B. V. M. cecidisse pro solatio Apostolorū eò tempore, quo fuit in cælum assumpta piè creditur & vestigium in eadem petra apparet.

§ III.

PErreximus postmodum Bethaniam & penes viam indicatur locus, ubi Judas suspēdiō vitam finivit, medius crepuit, Haceldama vocatur in idiomate Hebraico in latino vero ager sanguinis, ista Regio Bethaniæ pertingēs usq; ad flumen Jordanis fuit sæpè sæpius consecrata vestigiis Redēptoris, non longè est sepulchrum Sancti Lazari cū uno capitello, additō foramine, per quod immissum fuerat corpus ejusdem Divi Lazari, per quod itidem fuit extractū, quando Redemptor imperavit protulitq; divinissima illa verba. *Lazare veni foras*, descēdimus in hoc sepulchrū cū accēsa cādella & simplex terra apparet exhalans optimum odorem, egressi ab hoc sepulchro domum pariter Sancti Lazari invisere pia curiositas nos impulit, sed materies tantum apparet & vix extantia rudera collapsæ domus deteguntur, lapis latus & altus undiq; concisus propter detractiones devotionis causā factas cernitur, super quem Dominum nostrū JESUM CHRISTUM sæpè sæpius sedisse & allocutū fuisse Divam MARIAM MAGDALENAM pij omnes credūt. Volebā aliquod frustū excindere, sed interdixit frater socius Frāciscanus, licet Græci Schismatici sæpè sæpius excindunt & fragmenta sumunt, tamen idem lapis in eadem magnitudine manet. Eandem ruinam propter injuriam temporum subivit domus MARIÆ MAGDALENÆ & Marthæ, cujus nulla apparent integra vestigia.

Regredientes per aliam viam versus montē sanctum Oliveti, tādē ad illius culmen pervenimus & rectè ivimus ad unū Turcam, qui tenebat Claves unius Capellæ, in qua expressa observantur vestigia pedū JESU CHRISTI Salvatoris ascendētis in cælum, hæc lævi tantum pedis impressio remanet, alia impressio dextri pedis,

sublata

sublata à Turcis positaq; in tēplo Salomonis, quam dicunt esse Machometis : fatentur, quod JESUS CHRISTUS est Proheta, licet jactēt quod Machometes sit major Propheta, fingunt etenim quod montem supradictum simul ascendebāt, ex parte dextera tamen scelestissimus suus sectator, & propter hanc causam impressionē dexteri pedis intactā servant, & eam, quæ in monte Oliveti reperitur jactitant, quod destruxit unus quidam Græcus, cum acie ferri acuti versus digitos, narravitq; frater, quod si in hoc attentato deprehensus fuisset suspendij justam pœnā luisset : fundamenta & columnæ exstantes indicio sunt, ibi majorē Ecclesiā extitisse, sed nunc ad angustias unius Capellæ redacta est addito loculamēto rotundo quod Turcæ intrant & suis adorationibus falso Mahometi exhibitis polluerūt excepta altera magna Moschæa, quæ ædificata est in eodē monte, nulli Christiano pervia, ad Turcas etenim spectat : locus est notabilis, ubi Angelus Apostolis apparuit, cum inquebat, *viri Galilæi, quid statis aspicientes in celum &c.* in hoc eodē loco signa adhuc remanēt perspicua, quod fuerit ibi Ecclesia, quæ modo excisa penitus apparet; non procul cernitur Capella antiquitatē structuræ in sua fronte referēs, cujus fores claudas ego vidi & quid intus fuerit enarrare nequeo, propè hanc indicatus mihi fuit locus, ubi JESUS CHRISTUS docuit, *Pater noster*; Sanctos Apostolos hic itidē fuisse sanum sacrum à Christianis erectum memoriæ proditum, est nunc una tantum columna marmorea solo æquata jacet.

§. I V.

Sedes altera cum descensus à monte Oliveti, ostenditur ubi CHRISTUS Dominus prædixit extremum judicium futurum in Valle Josaphat & hic surgit columna; ulterius descēdens inveni Ecclesiam subterraneam duodecim columnis innixam Apostolis dedicatam in memoriam, quod in eodem loco idem Apostoli Symbolum *Credo* concinnarunt, & illac trajecimus per hortū Getsemanum, & in Valli Josaphat confedimus refecti cibo & potu, quem

quem nobiscum in peris attulimus penes Ecclesiā Sanctorum Apostolorum, prominet locus spatiosus subterraneus præditus uno foramine ad lucē objectis infra positis præsertim sepulchris Prophetarū junctis ad invicem excavatis ad modum fornacis in Valle Josaphat, defleximus ad Templū Salomonis, ubi est porta aurea, quæ est clausa moro, contiguum ibi habet sepulchrum Josaphat & sepulchrum Jacobi Patriarchæ. Pervenimus ad pontem impositū super torrentem Cedron, ex quo Dominū JESUM CHRISTUM à Judæis dejectum fuisse sacri facti docēt, ejusq; dejectionis signa evidentissima adhuc extant in subjectis saxis, nimirum pedū vestigia & manūū, nullus cultus neq; debita veneratio adhebitur istis locis vestigijs Redemptoris consecratis, Patet enim accessus & reditus assiduus animalium brutorum, per hæc loca liberè indecētium pons supradictus vetustate fatiscit ruinamq; parere videtur.

Post modum ante Vallem Olivarū cōstitimus, ubi fons vivis aquis largius prorumpit, in hoc fonte olim Beatissima Virgo indusia & alia ornamēta linea lavit propè hanc fontem adest locus piscinæ, ad quam Divinus Salvator præcepit cæco illi Evangelico ire, ut oculos obduceret & facto luto exspuito admoto oculis ejusdem cæci facultatem visivā statim acquisivit. Infra Olivarum silvam descendēs indicabat Frater puteū, in quo ignis apparebat, de longinquo indicatus fuit alter locus, ubi Judæi summo mans fecerunt consilium, ut crucifigerēt JESUM, illū tradendo Pilato, progrediens versus Jerusalem pervenimus ad portā, quæ antiquitus stercoraria appellabatur, per quam introductus fuit Salvator in civitatem & ductus corā Anna Pōtifice. Tendimus postea versus montē Sion, in quo locus cernitur, ubi obvij Judæi facti sunt Apostolis corpus B: V: MARIÆ deferentibus ad sepulchrū: locus pariter alter usq; ad præsentem diem in monte Sion, aproquinquavimus, ut videre possemus domum ubi DEI-para extremū diem clausit. Ibidem fuisse Ecclesiam nō obscura indicant vestigia murorum collapsorū & præsertim innumeri secti lapides occurrunt, hic Sepulturæ Parrū Frāciscano-

rum lapidibus sepulchralibus marmoreis tectæ, ulterius procedit magna arca, quã occupabat Palatium Regis Davidis, quod latè extendebatur penes piscinas Davidicas & penes mōtem Sion. Humi projectos quondã lapillos figura quadrata prædita, ex quibus Palatium Davidis constasse dicuntur.

§. V.

Sanctuarium alterum magnum & veneratione dignum indicant, in quo cænaculum Sanctissimum Salvatoris, in quo immigravit Spiritus Sanctus, ibiq; Apostoli omnes congregati cū essent, supervenit CHRISTUS dixitq; THOMÆ: *Infer digitum tuum in locū clavorum;* optabamus hanc beatissimã Sedē subire cum Turcæ hinc excubias agerent aditus fuit interdictus. Huc Turcas immigrasse multis ab hinc annis ajunt ex eo, quia cum ibi unus Bassa imperavit expetijtq; à Superiore Conventus, quē nunc tenent, ut nō invitatus largiretur involucri lanificij operis & sericias vestes, veluti donationē seu tributum extra ordinarium, quod pro arbitrio nequissimus ille Minister exigebat, negavit Superior præterea justã excusatione nimirum, quod quolibet annō jam evoluto idē Convētus nomine Religionis Catholicæ solvere tenebatur tributum nō valde leve, ideoq; nē dare ansam seu occasionē inducēdi aliud novum genus tributi, hac de causã annuere nequibat. Iratus his dictis Turca in auctoritate positus noluit rationi perspicuæ, quæ lucebat in sermone Superioris Frãiscani, acquiescere, & sinē mora præcepit legionibus suorū militum, ut irruerēt in Ecclesiã, Conventum invaderēt, Patres omnes etiã invitos ejicerēt, unō verbō sanctuariū illud tot mysteriis repletum possiderunt, & polluerūt, sicut nunc possident cū magna Christianorū ignominia, & tunc temporis fuit ratio cur infra Civitatē Jerosolimã isti Patres expulsi annuentibus Turcis admitterētur assignato locō tributis annuis & pecunijs empto, in quo Ecclesiã Sancti SALVATORIS &

Con-

Conventū cōstruxerunt in numero Patrum ibidē assidue degentium octuaginta plūs vel minūs erectis tribus Altaribus in Ecclesia mysteria diviniſſima repræsentantibus, nimirum largitionis Corporis CHRISTI, adventus Spiritus Sancti, & illationis digiti in latus CHRISTI, Divi THOMÆ Apostoli.

Non defuit sollicitudo Apostolica summorū Pontificum eadem Indulgentias plenarias concedere, quibus fruebatur vera sedes cænaculi, quam primam dicti Patres Frãiscani tenuerūt. Frustrati votis nostris & spe vidēdi cænaculū dictum in montē Sion Turcarum possessioni traditum, reditum maturavimus; prius tamen in conspectu nostro patuit monasteriū Græcorum ædificatū in eodē, in quo olim stetit Palatium Caiphæ & carcer Salvatoris, qui nunc visitur, in quem fuit conjectus idem Dominus JESUS CHRISTUS, quando fuit captus in horto Gethsemani, cupiebamus monasterium hoc ingredi, sed cum clausum exstitisset, propter meridianum tempus, in aliud tempus distulimus nulla fenestra foris apparet ob metum ne ingruāt Arabes Turcæ & grassatores. Accidit quod eo tempore quo penes muros istius Monasterij migrabamus, socius, frater in itinere antea destinatus captavit animalculū, quod Camaleontem appellāt, viridi colore imbutū, quē cum captasset naribus blandē contrectabat, & cum ego veluti venenatum & noxium aspexissem, ideoq; retrocedebam ab illius visu & tactu: Frater contra reposuit, esse animal nec morfu nec veneno pollens, à veteribus scriptoribus celebratum in libris propter hanc prærogativã, quod translatus in hunc locum colore aliquo præditum statim genium colorem illius loci assumit, & quò magis objectorū mutatio, super quæ incubat repetitur, eò magis in suo corpore diversitas colorū elucet, & spectaculum delectabile oculis intuentium procreat.

§. VI.

Post visitationem non brevem istorum locorum sanctimoniam & memoriã CHRISTI Domini insignium, Conventum tandē subivi.

N2

subivi.

subivimus, adoratoq; Sanctissimo SACRAMENTO per integrū illum diem exposito, cum itinere longo fatigati essemus, aliquantisper quievimus, deinde signo dato ad prandium mensæ accumbere non fuit nobis grave. Die sequenti adveniente meditatus sum piō animō passibus indefessis cōficere visitationes, quarū prima intra mœnia ejusdē sanctæ Civitatis Jerusalem desumitur à Palatio Herodis, in quo Palatio adhuc superest fenestra una in prima aula sive sala ad quem exivisse fertur Herodes oculis & verbis in JESUM cōjectis, jussitq; illum veste candidā induere, veluti amentem & remittere ad Pilatum, qui valde manē jussit illum ducere ad Herodē Regem Galilææ veluti Judicē magis cōpetentem, utpotē Galilæum etiā CHRISTUM, à Palatio Herodis trajecimus adprætorium Pilati incedētes per quosdā arcus saxi cōstratos, ubi scalæ sacræ superpositæ, per quas JESUS CHRISTUS ad prætorium fuit ductus, hujusmodi scalæ nunc reperiuntur Romæ in sanctuario propè Basilicam Lateranēsem jussu SIXTI V. transvectæ, in hoc prætorio est locus, ubi idē Christus fuit spinis in capite cōfixus & nunc stabulū vilissimū, est substitutū exstāte tantū columnā marmoreā erecta in eodem loco ad denotādā memoriā hujuscē insignis Coronationis. Hæc cernitur penēs parietē versus fenestrā Templi Salomonis, per quam ejusdē templi extensio sive amplitudo cernitur cū vestigijs fundamentorum & aliquot cælaturis eximijs cum toto atrio affabrè expolito, sectis lapidibus mirabili cōpage adstricto, addita porta aurea per quam ingressus fuit JEUS Salvator, cum illa acclamatione decātata: *Hosanna Filio David.*

In media arca hujus amplissimi tēpli exurgit Moschea opere fornicato eximia, plumbeis laminis cooperta, viridi colore foris illita additis vestibulis visu pulchris, contigua est altera Moschea, olim præsentationis titulō Beatæ Virginis MARIÆ à Christianorū erat Ecclesia, quam postmodum Turcæ vindicarunt & nefario cultui Machometis addixerunt. Nullus Christicola admittitur ad tēplum Salomonis discrimen etenim vitæ subiret, si hoc tentaret, vel Turca ex Christiano evadere deberet, si mortē vitare vellet. Avaritia.

ritia tamen Turcarū eò crevit, ut datis à Christianis ad manus Turcarū pecunijs aditus facilis hoc pacto paratur, ad intus videntas eorūdem Moscheas novis muris, antiquis superinductis, sedulo sum cōtemplatus arcū Pilati interpositū, in quo idē Pilatus CHRISTUM coronatum & flagellatū veste purpurea indutū populo ostendebat; tres fenestræ adhuc supersunt in hoc eodē arcu, in quarum prima CHRISTUS, in altera Pilatus & in tertia Judæi prostabant, integer arcus apparet per quē Pilatus ad prætorium de domo sua transmigrabat & ponebat se in sella judiciaria seu quoddā tribunal ascendebat & de gravissimis causis cognoscēs opportuno tempore sententias decretorias ferebat.

§. VII.

Postea perreximus ad locum ubi CHRISTUS Dominus fuit flagellis cæsus, ubi nunc columna erigitur in medio stabuli, in quo tamen nulli sunt equi. Patres etenim religione loci moti, aliquid Turcæ Domino illius tribuunt, & sanctuariū illud ocluditur cū porta asseribus levissimis clausæ. Trajecimus inde ad domum B. V. M. sive Sæctæ Annæ, in qua primos vitales spiritus hausit eadē DEI-Paræ, ubi nunc modo Moschea & pridem fuerat à Christianis ædificata sub nomine Nativitatis DEI-Paræ & monasteriū Monialium ibi fuisse dicunt, sunt aliqui, qui piè credunt, observatio apud Turcas viget, quod si aliquis in hoc loco de Turcis habitat, mortē accelerat, paret unū foramen subtus Ecclesiam, per quod ingressi ægre propter angustiam visitavimus locum, ubi eadē Virgo nata fuerat, propè est una cisterna aquæ destituta.

Ille, qui regimen habet hujuscē Moscheæ, Musti appellatur, quasi Præses sacrorum Mahometis, cui Patres Fræcisani certam donationem largiuntur quolibet anno cū eo onere, ut nō deneget Christianos admittere ad locū istum sanctum visitaodū, sicuti contingit alibi, ubi nequitia & avaritia eorūdem Turcarum, viget postmodū passus

passus movimus ad piscinā celeberrimam in Evāgelio, in quam descendebat Angelus movebatq; aquas, ut lotionem saluberrimā præberet ijs infirmis, qui in illā se conjiciebāt, nullum aquæ vestigium hic apparet profunditate tātum cōstat, repletā multa saxorum congerie varijs tēporibus projectorum circum succrescentibus herbis & virgulis, cōtigua manet hæc piscina templo Salomonis, locū illum invisimus viā crucis appellatum ubi noster Redemptor crucis pondere gravatus dum montem Calvariæ ascenderet, in angulo cujusdam plateæ cecidit, illiq; obviā facta fuit Mater amātissima M. V: quæ illum affectu incredibili solata est; ulterius processimus ad secundum locum, ubi Salvator noster altera vice cecidit, non longè à domo Divi Lazari, & à Palatio divitis Epulonis, quod licet totum corruerit, arcus tamē integer cernitur nostro tempore cū fenestra ad plateā porrecta ex qua supradictus Dives pauperem Lazarum intervidebat.

§. VIII.

TRansivimus ultra, ad portam Judiciariam, quam ingressus est CHRISTUS, dum crucem humeris gestabat; porta illa, tunc temporis extra Urbis Pomeria manebat, nunc intra, mænia urbis, sicut mons Calvariæ in ambitu murorum urbis continetur; alterā sedem tandem attigimus, ubi CHRISTUS tertiā vice cecidit extra eandē portam judiciariam, ibidem Sancta Veronica CHRISTO obvia advenit, abstersitq; cum sudario sudorē ab illa divinissima facie. In quibus locis velut monumēta insignem hanc memoriam testantia sunt columnæ marmoreæ projectæ; Tandem ad portas Ecclesiæ Sanctissimi Sepulchri pervenimus, & per foramina patentia in porta Sanctum Sepulchrum & saxū vidimus cōtiguam portæ, penes Calvariæ mōtem, super quod CHRISTUS fuit depositus & unctus, ad sepulchrum deinde delatus. Ecclesia sancti sepulchri solet esse semper clausa appositō sigillō à Turcis, & quando vult aliquis Christianus ingredi certā pæcuniæ portionem debet

Turcis

Turcis persolvere, in Introitu istius Ecclesiæ occurrunt impressa vestigia pedum in saxo cujusdā fæminæ, fidem Catholicam strenuè profitentis, quam Turcæ igni palā comburendam destinarunt.

Carcer Divi Petri etiam patet, ex quo ope Angeli divinitus missi, fuit extractus & liberatus fractis catenis & apertis portis ferreis, ad locum alterū passus protendimus, ubi fuerat domus Pharisei, in qua cū Christus mæsæ accumberet cum peccatoribus & publicanis, Maria MAGDALENA supervenit & lavit pedes CHRISTI cum lachrymis & capillis abstersit. Exstāt adhuc pedum signa, sed in dubio res est, utrū hæc vestigia ad Christum Dominū pertinet, vel ad Divam Magdalenam, verissimum tamen est, quòd hic olim exstitit Ecclesia eximie structuræ ædificata, cujus parietes sectis lapidibus mirō artificio elaboratō adhuc extant, Turcarum Moscheæ exurgunt infames suffectæ in locum, ubi Divi Petri & Joannis domus fuerat. Vidimus pariter loci situm, in quo domus Annæ Pontificis, coram quo Christus Dominus fuerat ductus, & accepit alapā à ferrea manu militis Malchi nomine, cui antea Divus Petrus aurem abscidit, in Horto Getzemano, & Christus sanavit hic exstructa fuerat Ecclesia, sed nunc Gofitæ Schismatici occuparunt ex arbore Olivæ per parietem intus Ecclesiā protenduntur Rami, quam peregrini Catholici osculātur propter memoriam mysterij non incerti.

§. IX.

AD Ecclesiam Sancti JACOBI gressum direximus, ubi dictus sanctus capite fuit plexus. Adest Altare levigatis marmoribus bene constructum circulus ubi caput illius asservabatur adhuc apparet, adjunctū hæc Ecclesia habet monasteriū quod Græci Schismatici possident. Demum Convētum Sancti Salvatoris adivimus & recurrēte festo inventionis Sanctæ CRUCIS vespere solemnēs in Ecclesia sancti sepulchri sunt habitæ, & Superior Jerosolimitani Cōventūs concitatus ab iisdem Patribus cum aliqua

qua ceremonia à Cōventu Sancti Salvatoris se transtulit ad locū sancti sepulchri: baculū præmanibꝯ habebat cū manubio ex cōcha Margaritæ cōtexto. Antequam Ecclesiā subirem cōsilio socij fratris in itinere dati calceamenta deposui, & sic nudis pedibus ad sepulchrum me duxit flexis genibus. Non deerat turba hominum Christianorū, qui cupiebant ingredi sanctum sepulchrum, sed Turca prohibebat arcens baculō, ut mihi aditum, utpote peregrino, tantūm præberet.

Præstita veneratione & adoratione Sanctissimo SACRAMENTO locū, ubi Beatissima V. M. JESUM obviam habuit attingi, ubi est capella in qua Patres psalmodiam exercent. Locus alter occurrit insignis propter occursum Domini nostri JESU CHRISTI post resurrectionem suam factam in habitu hortulani, transivimus indè ad carcerē, in quo stetit Christus dicitur circiter unā horā ab eo tēpore, quando cum Cruce montē Calvariaē ascenderat; introduxerāt enim ad speluncā usq; dum clavi & ea omnia ad Crucifixionem necessaria præparentur. Indicatur in hoc carcere locus, in quo idem Christus sedebat; adest Altare cui adnectitur locus marmore circumdatus, quem piè fuimus osculati.

Ostenus fuit locus, in quo per trecentos annos delituerat Sanctissima Crux expolito marmore incrustatus, pendētibus accēsis lampadibus, & penes hunc locum vere profundissimum surgit Altare, in quo Patres divinam rem perficiunt, amotis ab hac arā Schismaticis, Græcis & Armenis, qui hic celebrare nequeūt. Propinquum est alterū Altare penes scalas speluncæ Sanctæ HELENÆ, ibiq; eadem sancta picta cernitur cum Judæo cui cōminabatur, ut nisi locū in quo abscondita erat crux indigitasset, supplicio mortis afficere pro certo illum asserebat, perterritus Judæus omnia, quæ ab antiquis & proavis suis sciebat, enarravit, locūq; denotatum effodere altissimè cū lignonibus cappæ jussit pijssima Imperatrix, cūque tres cruces reperissent, statim ortū fuit dubium utra ex illis vera fuisset, quæ Christum Dominum sustulit, sed evanuit tota dubitatio, cum admotum fuit cadaver cujusdam mortui, quod applicatum primæ &

secun-

secundæ exanime sicut tulerant stetit, tertiæ vix impositum redivivum evasit indicio apertissimo, quod hæc fuerat vera Crux Salvatoris. Subivimus proximam Capellam, in qua existat columna lapidea, quæ sedentē CHRISTUM dum spinis fuit circumdatus, sustinuit & veluti monumētum insignis memoriæ sub Altare prostat.

§. X,

Denum montem Calvariaē ascendimus octodecim gradibus præditum, quos flexis genibus paulatim emensi fuimus, donec ad verticem pervenimus ubi jacuit Crux super quam CHRISTUM Dominum detractis omnibus vestibus extenderunt, & ut ad foramina clavorum sacratæ manus cōmodiùs pertingerent chordis adhibitis quantā vī poterant distendere sunt conati eadem fuit ratio pedum sacratissimorum, antequam configerentur. Locus in quo confixum fuit trabale lignum crucis, adhuc indactus visitur, magnaq; devotione colitur à Christitolis peregrinis illuc accedentibus, corruscantibus lampadibus luce assidua, apposito Altare, super quod missæ peraguntur à Patribus. Nulli pedum vestigio hominum pervia est, depositis calceamentis ad radices montis permisso tantum nudo incessu hujuscē loci crucifixionis tantum genibus flexis permittitur accessus investientibus illius loci superficiem expolitissimis marmoribus versicoloribus. Præter locum in quo jacuit crux adest & foramen, in quo profundissimè demissa fuit argento circumposito ad illius labrum seu orificium. Penes hanc scrobem imminet altus crucifixus versis humeris ad orientem & facie ad occidentem, ad eundem pene modum, quo sanctissima crucifixionis pompa fuit celebrata, à dextris manet statua B. V. M. ad dolorem compositæ, à sinistris altera statua Divi JOANNIS EVANGELISTÆ. Hiatus maximus & profundus adhuc existat propè fossam, quando JESUS in Cruce expiravit & scissæ sunt petrae; Confurgit non procul Altare B. V. M. septem dolorum dicatæ. A monte

O

Cal-

Calvariæ vestigia convertimus ad petrâ, super quam Christus è cruce depositus & unctus, antequam ad sepulchrû deferretur; super istû locû sive lapidê unctionis semper accensæ lampades collucent.

§. XI.

Spatiô unius horæ in tota Ecclesia visitavimus omnia loca ista sacratissima. Recurrente pervigilio exaltationis Sanctæ CRUCIS demû Gvardianus, sicut antea dixi, ingressus cum solemnî ceremonia ad sanctum sepulchrum, ivit ad se præparandum pro vesperis jam imminentibus, quarum cerimonîa elucebat in quatuor infulis, unam nempe in exordio vesperarum ejusdem capiti imponebant, alteram ad magnificat, & duas alias alijs statutis temporibus ad designandam memoriâ quatuor Ecclesiarû, Jerosolimitanæ, Damascenæ, Antiochenæ, & Alexandrinæ. Vesperæ fuerunt peractæ in eodê loco ubi Sanctissima Crux fuit reperta præviô cantu & sonitu parvi organi ab illa specu deducti, absolutis vesperis indicta fuit processio per Ecclesiam & circa sanctum sepulchrum cum ligno Sanctæ CRUCIS, projicientibus in magnis canistris duobus fratribus ad hoc deputatis flores varios per viam; destinatus etiam mihi fuit locus in processione cum fratribus prætensâ manu candelâ cum alijs fratribus sequentibus, inde Grecis, Gofitis, Sirianis, Armenisq; certatim & cum aliquo tumultu sparfos flores per viam, colligentes duo Turcæ præcedebant cum longis baculis & si opus erat verberabant homines, ad ordinem processioni conciliandû. Proportio ligni Sanctissimæ Crucis non est adeo magna, sed solidum aurum in quo asservatur & reperitur, suo pondere manus Gestantis Patris Rmî Gvardiani delassabat. Maxima & major sanctissimæ Crucis ligni pars extiterat antea, sed fuit imminuta & distributa per varia monasteria ad Schismaticos tunc temporis cum jidem Patres Franciscani fuerunt captivi à Turcis transvecti Damascum, obscuro carceri addicti. Tunc patuit occasio supradictis Schismaticis, ut ab ara

fer-

ferreis cratibus undiq; circumdata magnam Crucis portionem extraherent. Tota Ecclesia sancti sepulchri, tot pijs functionibus & sacris ceremonijs odorum fragrantia & concentibus suavissimis impleta corda Christianorum fragrantia & concentibus suavissimis impleta, corda Christianorum incredibili gaudiô perfundeabat, & oculis loca illa sancti sepulchri contemplantes expressa symbola nostri Redemptoris copiosæ lachrymæ egrediebantur, & crescebant cum mentis contéplatio visivæ ostensioni suas pijsissimas cogitationes admovebant.

§. XII.

ADveniente die festivitatis Inventionis Crucis, idem Pater Superior habuit solemnê Missam ijsdem cerimonijs, tum infularum tum aliarum liturgiarum ad Aram superpositam eidê loco, institutâ pariter processione eodê modô, quam supra descripsi. Quâ finitâ Conventum Sacti Salvatoris adivimus prandio habendi causâ; Ecclesia sancti sepulchri est adeo ampla ut omnia loca sacra cõprehendat, nimirum montem Calvariæ, sanctum sepulchrû, carcerem Christi Domini, locum in quo resurgens Christus Dominus inventus fuit à B: M: V: locum alterum ubi Diva Maria MAGDALENA obviam habuit JESUM in specie hortulani alterum, in quo Crux latebat addito lapide propter unctionê Christi Domini super habitum insigni in eadê Capella, in qua Sanctissimû SACRAMENTUM adoratur, eminet columna illa genuina & vera, ad quam alligatus CHRISTUS Dominus flagellis fuit cæsus, includitur in Altari sub cratibus ferreis, & cum labia Christianorum illuc venientium propter impedimenta illa ferrea non possint osculari, ingeniosa pietas, ut expleret eô meliori modô, quo posset devotionê, hoc excogitavit, nimirû baculos ligneos illuc immittit, quorû extremitas cû in pomum stâneum desinat, cû hoc sacrâ columnam tangût, post modum retrahunt & labia imprimût super idem pomum, quod ego similiter feci, & columna, cû simplici & rudi lapide constet,

Oz

majo-

majorē veri similitudinem obtinet, ut credamus verā hanc flagellati-
onis columnā, non illā, quæ Romæ colitur, apud Sanctam Praxe-
dē pulchro marmore cōpactam. In monte Calvariæ obvia fit una
Capella penes januā Ecclesiæ sancti sepulchri, locus iste recolitur
in memoriam maximi languoris, quo eadē B. V. M. fuerat corre-
pta tempore Crucifixionis.

Quotidiē habetur sacrū in hac Capella, deferuntur etenim pa-
ramenta à canobio Sancti Salvatoris, nam ab Ecclesia sancti sepul-
chri nullus Patrum potest egredi oporteret enim semper esse para-
ta solutio; ex mōte Calvario prominent fenestræ interposito fer-
reo cratere, qui aspiciunt per dictā fenestrā memoratū sanctuariū Ca-
pellæ indulgentias consequuntur, eodem modo ac pedibus visitarent,
eadē ratio habetur in alijs locis in quibus Christiani Indulgentias
consequuntur, cōcessas à summis Pōtificibus non habitō respectu ad
positionem corporis sive stantis, sive procumbentis aut equitan-
tis, accōmodare etenim se debent moribus Turcarum, qui ibidem
dominantur.

Extra Ecclesiam sancti Sepulchri, ad parietem Ecclesiæ di-
ctæ Capellæ, sedes indigitatur; in qua Abraham jussu Domini Filiū
suum unigenitum pro sacrificio voluit mactare. Hic locus orna-
tus & coopertus marmoribus politissimis apparet. vindicatus & pos-
sessus à Græcis Schismaticis, qui ibidē incolūt monasteriū sibi con-
struētū; ad radices montis Calvariæ consurgūt duo Mausolea, Go-
desfredi; de Bullion Ducis unū, qui acquisitionem terræ Sanctæ obti-
nuit, Baldevini Regis alterum, qui pariter idem facinus ad felicissi-
mum exitum perduxit, ut denotant & enarrant versiculi extremi-
tati sepulchri subjecti. Epitaphium Sepulchri Godesfredi de Bul-
lion super montem Calvarium in civitate Jerusalem cum his inscri-
ptionibus.

Hic jacet inclytus Dux Godefridus de Bulion, qui totā istam
terram sanctam acquisivit cultui Christiano, cujus anima cum Chri-
sto requiescat. Amen. Aliud Epitaphium Baldevini primi Re-
gis Jerosolimitani.

Rex

Rex Baldevinus Judas alter Machabæus, spes Patriæ, vigor
Ecclesiæ, virtus utriusq; quæ formidabant, cū dona tributa ferebant,
Cedar & Ægyptus dan ac homicida Damascus; proch dolor! in
modico clauditur hoc tumulo.

C A P V T V I I.

§. I.



Post hæc Superior Jerosolimitanus, ut unus Laicus
Bethleem me duceret, sed cū aliquod impedimen-
tū adduxisset personæ propriæ detentæ occupatio-
ne, alius vir sæcularis fuit mihi assignatus comes
porta igitur Bethleemica egressi de civitate Jeru-
salem piscinas Davidicas transivimus, aquā carentes,
pons tamen illis est impositus, quem ab ipso Rege Davide tot mil-
lenis abhinc annis exstructū esse dicunt nonnulli; Sepulturam pe-
grinorum Jerosolimam antiquo tempore accedentiū visimus
observavimusq; speluncam quādam subterraneam unā cū sepulchro
Rachæelis, ubi nunc Moschea, Processimus ultra ad locum illum
insignē propter cædem octuaginta millia militum unā nocte divini-
tūs patratā ad puniendum Regem Davidem.

Non longè conspicitur Jacobi Domus, sed tota pessūdata &
fundamēta & saxa secta cum aliquo sed antiquo arificio obscura
apparent; turris adhuc visitur, in qua Simeon Propheta degebat
expectans adventum Christi Domini, quem jam natum, cū jam
ad Templum Salomonis duxissent, ut ab eo concideretur juxta
ritū Hebraicum, ulnis suis accipiens canticum illud memorabile
protulit. *Nunc dimittis servum tuum Domine secundum verbum
tuum in pace, cōstitit ante oculos una arbor, sub qua stetit DEI-
Para & Joseph cum JESU piē creditur tunc temporis, quando fugā
in Ægyptū parabat, rami hujuscæ arboris inclinati dicuntur, cū ho-
spites illos fortunatissimos sub suā opacitatē admisit, hanc plātā exci-
derunt*

derunt Turcæ radicibus, propterea quod vidissent Christianos flexis genibus ante illū veluti simulacrū adorare, nunc suffecti multi lapides sunt in ejus loco. Aquæ ductum Salomonis observavimus, ex quo aquam hausimus, iste aquæ ductus originē suam ducit ab orto concluso templi ejusdē Salomonis per viginti & plus milliaria, & in medio Templi derivatur & scatēt fontes uberrimi: inspeximus postmodū, cisternam ex qua David Rex ardēter optabat salientem aquam bibere, quō auditō extitit audacissimus miles in suo exercitu qui Absalonis castra prætergressus per mille jacula & tela viā sibi fecit, phialamq; aquæ plenā ē puteo sitibundo Regi citissimē attulit, quam postmodum David Rex non degustavit, sed statim effudit sub pedibus militis, ea ratione, quia multa vulnera constitit, & quia etiam amantissimus Rex cernebat, quod totus exercitus, cū siti langueret, impiū & indecens videbatur, quod expletā siti Regis non explebat sitim militū, adeoq; languentibus membris ceteris languere etiam caput siti voluit, & satiū duxit hoc exēplo tolerantia docere milites, quod in periculis bellicis par sit Rex & miles.

§. II.

Per viam istam Bethleemicam, sanctimoniā tot locorū illustrem trajecerunt tres ibi Reges stellā duce, donis auri myrrhæ & thuris aucti; hanc eandē viam à Jerusalem usq; ad Bethleē spatio quatuor horarū confecimus. Vix Bethleem constitimus, cū ego anxius præsepe, in quo JESUS fuit natus, adivi, ibidē designantur tria loca distincta, in eodē stabulo cōprehensa, nimirū ubi idē JESUS in lucē venit & est Altare & celebratur missæ lāpadibus circumardentibus, ubi fuit positus, nulla arā sed lāpades fulgent, in tercio loco detegitur Altare imposurum saxo, super quod sedisse Beata MARIA Virgo dicitur, cum tres Reges ab oriente venientes & adorātes JESUM obtulerunt ei munera; Super hanc eādē arā habentur sacrificia. Ab ista specu trāsitus fit

ad

ad alterā speluncā, in qua Divus Josephus fuit monitus ab Angelo, ut fugeret in Ægyptum. Tertia spelunca, in qua existit puteus projectorum corporum innocentium, quarta spelunca adest, in qua Divus Hieronymus Cardinalis & Doctor Ecclesiæ hospes per multos annos fuit occupatus, in vertēdis libris sanctis de idiomate hebraico in latinum, ibiq; pariter altare est erectum, Ecclesia est maxima columnis marmoreis sustentata laminis plumbeis tecta adinstar Ecclesiæ Sancti PAULI Romæ, subest majori Altari dictum sanctuarium Nativitatis Domini JESU Christi ab utroq; latere scalis se conjungentibus & disjungentibus, parietes opere Mosaico variegati: Monachi Græci Schismatici versus meridiē habent suum monasterium, cujus porta Ecclesiam respicit. Etiam nocturno tempore ista sanctuaria visitatur, nec ullus horror inciditur collucētib; nō rarīs lampadibus.

Conventus Patrum Franciscanorum amplissimus est surgentibus altissimis muris nullā fenestrā præditis advertēdas Arabum incursions ostiō angustō, adeo ut subeuntibus sit opus dorsum inflectere. Verum tamen est, quod fores nō ligneæ, sed grassō ferrō cōpactæ. Hospitatur in hoc cænobio viginti Patres assiduē vel plus juxta exigentias temporū. Pater Superior, qui jam destinaverat hominem, ut nobis esset comes in via in visitationibus illis obeundis locorum circa Bethleē jussit, ut saccum panis secum gestaret ad distribuendū Turcis infestantibus nos per vias, & se cohibentibus si panes illis porrigātur, vix attigimus illum locum ubi Angeli apparuerunt pastoribus nuntiantibus Nativitatē CRISTI Domini. Eminent tectum parvæ Ecclesiæ ibidem erectæ, & conspeximus turmatim Turcas versus nos ruentes & clamantes clara voce & festis clamoribus.

Franci, sive Francus, tunc ille homo ut insolētiā eorundem vitaret, placidosq; efficeret, benevolus panes ē sacco eruebat, dispensabatq; singulis, quos machometani hilariter accipiebant, sapore majori & colore præditos; quam suos subcinericeos, quorum esus seu comestio ad nauseā invitat; fuit spectaculi cōmiseratione dignus,

quam

quam nos faciebamus, quidam Lutheranus deprehensus in hac eadē via, qui venit ex civitate Sidon mecum, quem vix conspexerunt Turcæ dissimilē à nobis in habitu, cum statim in illum veluti rapidi Leones irruerunt, petulātesq; pecunias & panes efflagitabānt, minantes deteriora, si statim suis petitionibus non obtemperasset, conatus fuit miser quantum potuit se liberare ab illorum importunis aggressionibus & dieterijs contumeliosis, sed cū frustra subtrahere se vidisset, immisā manu in marsupium pecuniolas famelicis illis Turcis identidem erogabat, usq; dum delinita illa plebecula insolētia & malitia turgida eundem pacificū remisit.

§. III.

Puteus nobis ostensus fuit, ad quem cum DEI-Parasitibunda pervenisset, tunc temporis cum una famina aquam hauriret, quam cum eadem Virgo deprecata fuisset, ut potum aquæ largiretur, negavit ingrata, & statim puteus salientibus aquis divinitus redundavit, quæ rursus post expletam Beatæ MARIÆ sitim non sine miraculo decrefcebant. Non procul inde est caverna, in qua latuit DEI-Para cum JESU puero ad declinandā persecutionem Herodis, & eum lacte ibidem nutriret, factum est, ut aliquot guttæ lactis ceciderint, super illud saxum solum repente ex deformi album & candidum evasit & terræ novissimæ naturam induit; mulieribus difficultatem habentibus in partu terræ hujusmodi dissoluta, cū quæ in vitro propinatur & salutarem effectum experiuntur. Antrum alterum fuit nobis indicatum, in quo David Rex profugus delitescbat insequentibus eum suis inimicis.

Hic nō una se obtulit occasio in civitate Bethleem emendi cruces & coronas ab hominibus Catholicis, Maronitis, quas elaborant & vim quandā inferebant, ut ego emerem erogato pretio, pecuniæ etenim inhiabant venditis suis rebus, ego multas coronas & Cruces quas mihi Jerosolimā, quibus loca illa sancta tangere curabam ad villam

villam sancti Joannis me contuli appellatā: *Fons perennis*, seu *montana Judææ*, datō mihi sociō Christianō in isto itinere, supradicta villa, in qua sua cunabula habuit Præcursor, ut compesceretur Turcarum insolētia socius in via habuit saccū panis pro distribuendo Arabibus & Turcis molestiā inferentibus peregrinis Christianis. Trajecimus unā vallē amēnissimā in qua Diva HELENA Religionis amore percita jussit extrahi magnis impensis ingētia faxa, ex quibus confluxit columnas ad construendā Ecclesiam Bethleemicā Sancti Præsepis CHRISTI, quæ magnū fulcrum & ornamentum dictæ Ecclesiæ suppeditant.

Non longē cernitur fons, ubi Philippus Apostolus aquā lustrali abluit Eunuchū Reginæ Cādacis, qui per illā viam trāsivit prurupto divinitus fonte, postquam fuerat cōversus ad fidem; cujus fontis aquas devotionis gratiā bibimus. Fons hujusmodi extra viam Bethleemicā profluit versus Sāctum JOANNEM, circa hunc fontem secti pulcherrimi lapides informa prospectus extiterant, sicut etiam Capella, sed modo exigua vestigia apparent. Capietes rursus nostrum iter per viā Sancti Joannis villam respicientē, & Turca unus cū suis filijs lapidibus onustus, ut in nos jaceret, si panem statim nō dedissemus. Non distulit socius objicere duas partes panis, sed Turca noluit acquiescere & plus expetebat, minis & verberibus cōtra illum intentatis, ego cōmiseratione ductus incepti aliqua verba Arabica enūtiare, sed reprehēsus sui statim ab eō socio, propterea quod sic pejus exasperarem; ego postmodum Italicis quibūsdā verbis prolatis incepti mulcere ejusdem Turcæ feritatē, cōponens manus meas coram illo, humilitatē Christianā demissam præferens, qui actus tantū vim habuit ut adversum me non faviret. Verum tamē est, quod ictu nō levissimō projecti lapidis in dorsum, meū socium percussit, magnūq; dolorē ab ista pulsatione sensit, voluit ulterius saccū subripere, in quo tenebam coronas & cruces, autumans, quod hic continerentur & panes, sed diversam rerum naturam inspiciens abiecit consilium ulterius exagitandum.

§. I V.

TAndem itinere consecuti sumus metam & terminū supra-
dictæ villæ adeūtes cænobium mea obsequia Superiori de-
tuli, qui cum maxima benevolētia me reducē excepit, per-
legitq; literas Patris Superioris Bethleemitici spiritūq; vini
selectissimū propinavit, etiā cubiculū cōmodum, cū mihi assigna-
set, ad mēsam invitavit, ubi epulis refectus recreatusq; sermonem
habui de periculis in via obitis causa infidelium illud iter infestan-
tium. In illo Cōventu unā integram hebdomadam transegi occu-
patam in visitandis varijs locis sanctitate cōspicuis. Et primū Zaha-
riæ domum offendimus, in qua Canticum B. V. MARIA quod in-
cipit: *Magnificat*, cōcinavit, ibidem Capella exstiterat mutata ex il-
lo cubiculo, in quo supradictū Canticum fuit exaratum, parietes fuif-
sent toties collapsi nisi à Christianis Catholicis repararētur, lapides
enim adeò bene cōnectunt sine calice sivè caleo, ut tectū efforment
& pluviam è cælo delaptam arceant, attulimus nobiscum paramenta,
necessaria ad Sacrum cōficiendum, quod absolvit unus Franciscanus
tribus alijs assistentibus canēdo juxta formam præscriptam. Post
finitam etenim Missam *magnificat* inceptum fuit cum thure Altari &
assistētibus impartita. Isti Capellæ adjacet arbor ficus, ex qua fru-
ctus decerpisse B: V: M: dicitur, sed eadem arbor in ramis à Tur-
cis fuit mutilata; trūcus nunc tantum superest furculi tamē ab eadem
radice germinantes succrescunt. Resumētes paramenta in sacculum
conjecimus & ad prædium in Conventu paratum perreximus dicta Ca-
pella caret ostiō, semper patet, bruta tamen animantia arcentur.

§. V.

ZAchariæ domus latè protenditur cōstructa lapidibūs sectis
& expolitīs, supersunt arcus & parietes adjunctis stabulīs
ingentibūs lapidibūs pariter cōstructis. Præfata domus
radi,

radicibūs præruptis mōti innititur, ita ut muri facillimè nō pos-
sint dirui ex hac causa potissimum, quod firmitudini illius rupis
sivè mōtis ad hærescant. Cōpletō prandiō desertum in quo Divus
JOANNES pænitentiam agebat & prædicabat in primordijs suæ adole-
scentiæ petivimus, statim ad ostium spelunçæ, quam incolebat idem
sanctus, accessimus nō sinè conatu aditus illic nobis patuit; propte-
rea quia altitudo à terra complectitur quinque vel plus brachia aper-
tō foramine, in quo delitescerat, quod est excisū, in nativo lapide, sunt
subjectæ petrae, quæ cubile durissimum eidem sancto formabant, su-
per quas constructū est altare, in quo duabus vel tribus vicibus
per annum Sacrum peragitur, quando volumus subire foramen
dictum spelunçæ, devotio ardentissima, quæ in nostro pectore
exultabat, consilium hujusmodi sūgessit, nimirum, quod unus alte-
rum corda traheret datō tempore, usq; dum, ad designatum locū
pertingeret, ille qui primus sursum ascendit ex nobis, debuerat;
in ambitu dictæ spelunçæ virescant arbores appellatæ *Cerub*, sic deno-
minatæ à fructibus, quas producant, quibus vescebatur idem Præ-
cursor, quem fructū tamen Sancti JOANNIS nuncupant, imò plan-
tas easdem annosas quæ nunc sunt, tempore etiam Divi JOANNIS,
Baptistæ extitisse affirmant non pauci.

Monasterium & Ecclesiam hic stetisse plures auctores censent;
eo tempore, quo ego ibi versabar villam ostenderunt, quam Bassa
seu Præses Damasci penitus devastavit ex ea causa, quod cum pecu-
nias ex villis & oppidis collegissent, misit & ad hanc villā homines,
ut certā pecuniæ quātitatem per capita exigere; incolæ quidam
supradictæ villæ malè audientes hoc mandatam in latibulis viæ mi-
litaris sese occultarūt, ibiq; insidiosi præstolantes transitum illorum
militum Præsidis vix advenientes senserunt, cū statim explosis
in eosdem sclopētis interfecerunt; quō auditō facinore iratus præses
Bassa Phalāgem numerō majorem militum illicō misit, præcepitq;
oppidū illud ferrō & igne delere; cadavera militū mactatorū pro-

jecta in via insepulta jacebant exposita rapacibus avibus, cæli injurijs: & præsertim solis æstui ferventissimo, qui corruptione magis gravolentem in adipe cadaverum procreabat.

§. V I.

TRansitum tandè fecimus ad sepulchrum Sæctæ ELISABETHÆ, quod olim eximium & pulchrum nunc labefactatū superstat, uno solo pariete non integro. Hæc eadem viâ resumptimus iter ad Conventum versus eam partem, quam JOSEPH MARIA & JESUS arripuerunt, cū profugi à persecutione Herodis in Ægyptum secesserunt. Labore itineris non leviter fatigati, conquievimus sub opaca arborum umbra sive ruboribus: Patres ibidem procubuerunt vespèras recitantes privatim, quibus finitis hilares & prompti exurreximus, ad Conventum properavimus, degustavimusq; aquam ob eo fonte in quo DEI-Para sudaria & alias vestes lineas solebat abluere, tunc temporis cū erat hospita apud Sæctam ELISABETHAM, cui suppeditias tulit usq; ad natiuitatem Præcursoris, & ubi modo est Conventus dictus Patrū Franciscanorū exitit domus Divæ ELISABETHÆ, in qua crepundia suanovit Divus JOANNES Baptista, locus præcisus, in quo idè fuit in lucè editus, capella in eadem Ecclesia erecta distinguitur ad dextram partem majoris Altaris positam, sub quo Altari ille idem locus natiuitatis variis ornamentis contextitur.

Duæ domus Sæcti ZACHARIÆ distinguuntur, una extra villam Fons perennis nūcupatur, in quâ DEI-Para Virgo primâ allocutionem & salutatione habuit ad Sæctâ ELISABETH exaravit Canticū *Magnificat anima mea Dominum*, imò in primo ingressu ejusdem Virginis in Domum Zachariæ statim exultavit infans JOANNES in utero Sæctæ ELISABETH illi occurrentis, cui verba hæc statim protulit. *Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui*: alia autem domus est in villa de qua superius dixi, in qua eadem Virgo fuit usq; dum præcursor JOANNES nasceretur, sed hæc est sublata &

suffectus

suffectus Conventus non exiguis impensis constructus, quadrato opere adjecta Ecclesia splendida in structura & in suppellectili. Patres omnes dato signo mediâ noctè surgunt, ad Maturinū, & conuenientes in Chorum divinâ psalmodiam habet, cum quibus & ego devotionis causa surgebam, & libentissimè munia illa sacra peragebā, quæ illis in vim regulæ injungebantur, mihi onus tantū voluntariū imponebā. In eadè villa Sæcti JOANNIS reliqui filiā cujusdā hominis, quem veluti Patrinus tuli de fonte Baptismatis, sic anxie efflagitatus à suis Parentibus pauperibus qui tamen sancto DEI timore ditati erant, stupori mihi fuit, ejusdem infantis obesa & adiposa corporatura, ut meas manus delassaverit. Antequam, Conventum supradictū reliqui, varia mysteria JESU CHRISTI, effigiem sancti Sepulchri & stemma Jerosolimitanū juxta normā aliorum peregrinorum optavi, ut inciderebantur in brachijs summā cutem acie ferri subtilissimi perstringendo, quod exiguū dolorem induxit.

§. V I I.

EGrediens ab illo Conventu Sancti JOANNIS tendens cū alijs Patribus versus Jerosolimā, hæc via, qua sæpè sæpius JESUS & MARIA ambulabant; penes hanc viam ostenditur locus, in quo avulsum fuit lignū, elaboratum in formam Crucis, super quod extensus & crucifixus fuit Dominus noster JESUS CHRISTUS. Ibidè Græci Schismatici habent monasteriū cum eximia Ecclesia, in qua locus idem continetur sub Altari in medio Ecclesiæ; aiebant, quod adhuc superest radix vegeta & virens in loco prænotato, sed obfita lapidibus marmoreis obrutū aspicientium impedit comminus intus cernatur, verum est quod tribus palmis tantūmodo interjacentibus; superius addito loco sub Altari ostenditur lignum veræ Crucis pendentibus accēs lampadibus in memoriam & venerationem tam eximij thesauri. Venimus Jerusalem petentes Conventum Sæcti SALVATORIS, ubi Patre Superiore cū ob-

P3

sequio

sequio in suis cubiculis salutato deprecatus fui, ut mihi cōcederet facultatem morandi in sancto Sepulchro per aliquot dies, quam mihi benignus largitus est, & duas hebdomades ibi hilaris & lætus consciētia transegi, tunc temporis cōfessionem generalem peregi, ad differentiam primo tempore Jubilei Romæ absolutæ, sacrâ Sinaxim pariter in sancto Sepulchro sumpsi; secundam cōmunionem in monte Calvariæ interstitio aliquot dierum posito, sicut tertiã habui in specu, ubi contigit inventio Sanctæ Crucis.

Religiosi Franciscani commorantur, in Ecclesia sancti Sepulchri, qui seposita habent sua cubacula ad differētiã Græcorū Schismaticorum, qui versus meridiem obtinent suas cellas, Chorumq; tenent in media Ecclesia oppositum sancto Sepulchro. Prostantibus quatuor Cathedralibus Jerosolimitanã nimirū Cōstantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, Armeni; quibusq; sua diversoria habent cū Choro & Siriani, qui omnes sunt errore Schismatici præter ænobitas Franciscanos. Observavi Armenorum Patriarcham admodum devotum & mortificatum, qui Schismatis labè non contemneretur, idea est simulachrum veræ Religionis Catholicæ, totus enim maceratus jejunijs vigilijs veluti Silicerniū apparet. Media nocte adveniente assidue surgunt iidem religiosi, ad canēdum Matutinū. Hunc eūdem morē servant Schismatici & Armeni diversã Liturgiã & dissimillimò tenore vocis adhibitò; longiores omnibus sunt Armeni in psalmodia & citius exordiuntur; obtinent Armeni Schismatici Altare, quatuor columnis marmoreis non valde magnis suffultum propè carcerem, in quo Christus Dominus fuit detentus circa duas horas usq; dum omnia parata essent ad exequendam crucifixionem. Easdem dictas columnas interpolatas & subnixas mensæ ejusdē Altaris prætergrediuntur Armei & Græci, & ducuntur stolidi opinione hujusmodi, quod si aliquis vel propter gravitatē corporis vel pinguedinem forte fortuna non potest transire per interstitia columnarum veluti proventus porci reputatur, sed hæc digna resurisu & subannatione omnium excipitur; Græci in medio chori circulū

culum in marmore factum ostentant, fabulantes reperiri centrum mundi, ut sic fucum faciant rudi vulgò. Omnia loca illa Sanctissima etiam tempore nocturno unusquisq; potest visitare; horror etenim omnis exulare videtur, tanta est tranquillitas loci, quæ devotionē & compunctionē ambulātibus & illuc gradientibus ingerit.

§. VIII.

PRænotandū, quod Laici seu sæculares volentes ingredi Ecclesiam sancti Sepulchri tenentur persolvere sexdecim scuta & plus; Religiosi vero sex scuta & plus erogare tantum debent præcipientibus Turcis ad hoc destinatis hujusmodi pecunias, delato rumore alicujus sanctum Sepulchrum ingredientis ad urbem certatim plurimi homines Religione & natione diversi confluit, & citissime per apertã portam ingredienti loca illa sancta obeunt, usq; dum Turcæ fortiter pulsant idem ostium signum dantes, ut ingressi egrediantur. Accurrūt etiam Patres ex Cōventu Sancti SALVATORIS, quando auditur signum, de apertione Sancti Sepulchri, pro cujus Custodia assidue semper supersunt ad minimū quindecim Patres cum Patre Præsidente, qui media nocte cōsurgunt canentes Matutinū & adveniente die Sacrificia peragunt.

Quotidie in Ecclesia Sancti Sepulchri Missa cantata. Fratres hi, qui degunt in sancto Sepulchro recurrētibus tribus mensibus per vices alternas sibi succedūt, alij etenim exeunt mēsis determinatis, alij manēt, qui participes sūt portionis ex Cōventu Sancti Salvatoris subministratæ, cujus distribuendæ modus est hujusmodi: accedit unus frater cū Laico sive sæculari, qui patinas fert, & statim ac attingit limen Ecclesiæ sancti Sepulchri, nolam exiguã pulsat, cujus tinnitu evocatus unus frater egreditur ab illo hospicio, quod est in Ecclesia ad parietē, & si fortè fortuna primavice nō audit nō deest aliquis, vel ex Græcis vel ex Armenis, qui illum interpellat, & quando accitus adstat, recipit porciones per foramina portæ

proximæ Ecclesiæ Sancti Sepulchri, quæ cū sæpè sæpius sit occlusa & sigillata tātummodò istis pādītibus ingredi Ecclesiam Sancti Sepulchri persolutâ taxâ supradictâ; Patres omnes Frāciscani, qui in districtu totius terræ sanctæ degūt, lautè in cōvivijis & vestitu se gerūt, vina sapidissima adhibētes in potationibus, prandiō & cænæ destinatis imitantes Europeorū morem: pecunijs utuntur ad suprietatem Superioris jussui & obedientiæ substant nō adeò habent tantam strictā obediētiam sicut in Europa, nec totam libertatem in illis Regiones infideliū patiūtur, in Urbe Jerusalem obtinēt unū fundum thesauri, ex quo annuos provētus retrahunt, cōsistentes in numeratis pecunijs collectis ex potissima totius Orbis Christiani parte.

Magnus numerus est lampadum tum aurearū, tum argenteorum, quæ pēdent accēsæ ante Sāctum Sepulchrū, & intus Sācti Sepulchri. Una præceteris eminet adeò magna ante Sāctum Sepulchrū, ut vix tres homines queant sustētare, ommissis alijs lampadibus ingētis ponderis donō missis à summis Principibus, nimirum Rege Galliarū & Hispaniarum, Portugaliz, Imperatore, & alijs Republicis irrequietè ardentibus, ad differētiā lampadū Græcorū, Armenorum Schismaticorū pēdentiū tātum inatrio sancti Sepulchri, qui campanis carent: deliriū solemne Græcorum est, dum fabulantur, quod ignis è cælo ad sanctum Sepulchrum nullâ industriâ humanâ accedēte candelas accēdat & carnibus intimè admotus nō urat. Rifu excipiendus unus Chaldæus Nestorianus, qui hoc experimentum in proluxa sua barba sumere voluit, quæ statim conflagravit, sed fuit saluberrimum incendium, cum enim errorem suum vidisset in prosperum & mali ominis ex Nestoriano bonus Catholicus evasit, nō minorem dolorem habuit quod barbam amisit. Patres autē Ecclesiæ sancti Sepulchri tenēt campanas, quas destinatis temporibus pulsant. Græci autem utuntur crepitaculo ligneo, quod adhibent in matutino & vesp̄is alijsq; Ecclesiasticis functionibus quas unusquisq; catus tum Schismaticus, tum Catholicus exercet, juxta

pro-

propriam suam Liturgiam, cum hoc discrimine, quod Religiosi Franciscani, qui habent solemnitatem persolvunt pro apertione Ecclesiæ & cuilibet tum Christiano Catholico, tum Schismatico ingredi licet.

§. I X.

Constitimus in monte Oliveti, ibiq; invigilia Ascensionis cantatæ sunt vesperæ & completorium, ab hoc monte DEUM cælum ascendisse firmissimū est, ibi perspicua pedis impressio Domini nostri JESU CHRISTI apparet, in cimiterio nos, projectō protensō unō tabernaculo tela contexta noctem transegimus, & Turcæ fecerunt excubias persoluti à Patribus Franciscanis ad portæ Custodiam. Media nocte adveniente surreximus convenimusq; in Chorum ad psallendū Matutinum, quō absolutō Missa cantata incepta fuit cum alijs Missis privatis submissa vocitatis, illucescente die resumentes omnia paramenta rursus ad Conventum Sācti SALVATORIS perreximus, subeuntibus Græcis suas devotiones pariter peragentibus. Monasterium montis Sion ex vertice montis Oliveti, prospectus patet evidentissimus totius civitatis Sanctæ Jerusalem, monasterium montis Sion, in quod illapsus fuit Spiritus Sanctus, nunc possessum à Turcis.

Templi Jerosolimitani extensio tota quanta est, cū Ecclesia Sancti Sepulchri, quæ non exiguū spatium amplectitur, cū plateis undequaq; circumpositis ab eodē vertice detegitur Jordanis fluvius aquarū ubertate dives & celeberrimus propter baptisma CHRISTI collatū à præcursores Divo JOANNE Baptista propè quem fluvium observatur locus, in quo quadraginta dierum, quadragesimā CHRISTUS Dominus absolvit, montana figura præditus, accedentibus vix pervius interveniunt recurrēte quolibet anno, tum Catholici, tum Schismatici, Græci, Armeni, Gofitæ, Sorianis, ad eam partem fluminis, in qua JEZUS CHRISTUS fuit Baptifatus à Divo JOANNE Baptista, in cujus exemplū & memoriam abluūt & illi suas sor-

Q

des

des reputantes, quod pariter animæ labes abluât; aquæ illæ saluberrimæ; hac occasione cū Arabes advertunt advētum Christianorū, cōveniunt ad alterā fluminis ripam & jaculis petūt eosdē Christianos eandem ripam tenētes, sed jacula irrita evadunt propter distantiam interpositam, quæ facit ut intacti ab ictibus remaneant.

In prospectu istius fluminis nostris oculis subjecto narravit frater Religiosus mihi casum recentem cujusdā alterius fratris, qui cum in idē flumen natando se projecisset, vortice aquarū subvectus vehementissimo, factum est, ut ad alteram Jordanis ripam ab Arabibus habitam appulerit, quo statim ac pervenit ab iisdem Arabibus captus & detentus fuit per quatuor annos, cujus operā medicā cum in ægritudine uterētur, inviti dimittere nō patiebantur eundē, usq; dum tulit casus, ut reveniente annō accursūs seu conventūs Christianorum hominū ad dictā fluminis ripam frater præfatus natandi peritiæ confusus in salutatio hospite tacitus se in undas dimisit, incolumisq; ad ripam amicam pervasit; ubi benignè & summō gaudiō exceptus, hostes, à quibus se proripuit, egregiè delusit, magnam tristitiam Arabibus ejusdem fugā induxit, quam multis pecunijs si potuissent à Christianis redemissent Barbari supradicti; Est adeo celebris iste catus Christianorum accurētium ad supradictam fluminis Jordanis ripam, ut unusquisq; teneatur cōtribuere pro parte sua decem & plūs piastra Præfidi Turcarū, qui immunes præstat eosdem Christianos ab incursionibus Arabum obsidentium citeriorem fluminis ripam. Ab eodem montis Oliveti cacumine nostrorum oculorum acies obtutu attento defixa terminabatur usq; ad mare mortuū, sic nuncupatum propter stagnantes aquas cursu suo naturali præpeditas, in quibus extitisse prisceas Urbes Sodamam & Gommoram Pétapolim & alias fama & consensus scriptorum unanimis est, & fidem augent hujuscē memoriæ, muri adhuc extantes & ageries lapidum subimis aquis latens.

In hoc mare mortuū totus quantus est cum suis aquis exoneratur Jordanus, sed hujusmodi effluxus cum sit copiosissimus, videretur

deretur majorem ambitum & superficiem terræ occupare, nihilo tamen minus Historici naturalis historiæ ajunt, quod idē istud incrementum aquarum sensibile nō apparet, ex eò, quia occulto patentissimō nictu subterraneò à natura diducto totus universusq; aquarum concursus perditur, unaq; petit per vias subterraneas maris mediteranei centrū; ad magis comprobandā occultam derivationem istarum aquarū; à fide dignis accepi unā rem vero similē, quæ ita cōtigit; Unus peregrinus fortē fortuna per ripas Jordanis fluminis incedebat, ab impetu aquarū correptus, nescio quomodo procidit in flumen, delatusq; vorticibus ulterius ad locum nempè ad mare mortuum, in quod prorumpit flumē, pervenit, rursusq; abditus in undis, sese agitātibus post aliquot dies ad littora maris Mediteranei ejectus apparuit, recognitumq; cadaver ex appensis attestationibus in pergamento exaratis, personam peregrini submersi testantibus.

§. X.

HUc alludit etiam, id quod de Artusā fonte in Sicilia dicitur, qui cum propè littus dulcibus aquis prorumpat, observatio instituta est, ut uno bove mortuo in ejus fontis alveum immisso factum sit, ut aquis ejusdem fontis subeuntibus profunda maris, idem bos projectus post aliquot temporis intervallum ad alteram maris plagā appelleret, devehentibus aquis fontis à falsugine maris intactis, quæ res cum videatur primò aspectu præter naturæ ordinē contingere, tamen si diligentius naturæ arcana inspiciuntur miraculō prorsus res caret, imò manibus veluti tangitur id, quod oculis primū vix cōspicuum videbatur. Propè mare mortuum monasterium vetustum existit, in quo olim mille & plus Monachorū Græcos tunc tēporis Catholicos fuisse arbitrantur non nulli, quod incredibile videri nō debet propter numerum Cellarum ingentium in saxis excisarum; modò istud monasterium incolūt Schismatici Monachi structura murorū est veluti

in expugnabilis attentâ crassitudine lapidum, quibus connectuntur, & ictus Arabum aggredientium respuunt, & soliditatem suam veluti clypeum impenetrabilem obijciunt. Contigit casus, ut cū ad istud monasterium uxor Præfidis Jerosolimitani adventasset curiositatis causâ adducta petijt, ut eidē monachi ingressum permitterent; negarunt illi imperterriti; cū illam in proposito suo obstinatâ intueretur, hanc obtionem dederunt, ut si illa decrevisset ingredi sicut ardentem obstabat, statim illi asserebāt se monasterium relicturos & hospitium illud per tot annos in habitatum se deferere pronunciabant; quod cū audisset uxor noluit, ut illi discederent, sed servavit illis hoc promissum, quod ampliùs nō pedem fuisset illatura intra monasterium istorum Monachorū. Regula austeritatem quantâ præferat, ut videantur Divi Basilij institutū apprimè tenere & Regulas adamussim servare.

Tres Reges per magos stellâ duce directos sub dicto monte Oliveti cōvenissè piè creditur cum dona Puero JESU recenter nato tulerunt. Figmētum illud frigidū excogitatum à mentibus otiosis, exsufflatum; nimirū quod Judæus ille miles qui alapā vultui JESU CHRISTI inflixit, adhuc vivat, & in subterraneo specu indefessus ambulet veluti in pœnam admissi criminis; hanc etenim historiam falsam esse cōvincunt & loci evidentia & hominum fide dignorum visus, sicut ego testari possum, qui attentus & sedulus loca illa circumspexi, imò sciscitanti mihi de istius loci circumstantia & qualitate risu mea dicta & interrogationes exceperunt, veluti fabulas aniles mihi puero recitatas. Acceptis paramētis omnibūs ad Conventum Sancti Salvatoris perreximus. Græci pariter juxta suam Liturgiam devotiones peregerunt.

§. XI.

TEmpore Pontecostes constitimus in monte Sion admissi in monasterium, situm in loco ubi Palatium erat Caiphæ, & JESUS ibidē noctē integrā transegit, quando captus fuerat
in hor-

in horto Gethsemani. Recurrente festo Corporis CHRISTI ego morabar in Cōventu Sancti Salvatoris & festivitatem hanc cum solemnī processione à Patribus facta celebratā vidi ingenti cum meo gaudio, & interfui devotionibus omnibus in Ecclesia habitis per spatium duorū mensium, & causâ hujuscē moræ ulterioris fuit bellum sub Rama cū Turcis & Arabibus inceptum. Turcæ etenim cū assiduas incursiones Arabum cernerēt, cohibere volebant cū electione faciendâ unius Principis super eosdem, ut modum latrocinij & grassationibus ponerēt, è cōtra Arabes detractabāt, nolentes Superiorem habere; hoc fuit impedimentum, ne ego ulterius progrederer; alij Patres captâ occasione discelsus Damascenis Præfidis cum illo iter fecerunt Damascū usq;. Aliâ viâ diversâ debui ire, sed antequam discederem ex Jerusalem Pater Procurator me adivit, & à me petijt triginta tria & plūs scuta pro expensis Terræ Sanctæ: sed ego indolui, cū octodecim scuta & aliquid plūs deberi tantum, ex una charta Typo edita conjeci; sed ego prudentia Christiana optimè consultus dissimulavi; volui tamen unū Fratrem ad cubiculum vocare, & cum modestia chartam illā taxatæ solutionis ostendi, qui cū siluisset, ego quoq; nulla alia verba ulterius protuli, ne rixam aliquam adversum me concitarem; Aiebant, quod vigeat, quædam cōsuetudo, quod illi qui accedunt ad terram sanctam, si habent pecunias, in aliquo hospicio terræ sanctæ vel in aliquo portu debent deponere, si vero pecunijs carent nō facilis facultas ingrediendī terrā sanctam conceditur. Ego ignarus istius modi moris nō expectavi, neq; ullam literā scripsi, ad P. Guardianum Jerosolimitanū, sed statim Jerosolimam versus ivi, munitus literis Patris Reverendissimi Generalis totius ordinis cū adnexa facultate in scriptis exarata à summo Pontifice BENEDICTO XIII, expedita per Commissarium terræ sanctæ.



§. XII.

ANtequam ad alia ulteriora transeam, placet mihi recensere infortunium, quod duobus Patribus Franciscanis cōtigit, qui cum ad Jerusalem pergerent, in via inciderunt in latrones Arabes, qui eorum vitæ parcētes, vestibus direptis spoliarunt, nudosq; in via reliquerūt, sed proximi facti Urbi Jerosolimæ cum nudi ingredi pudore afficerētur, piscinas Davidicas subiverūt, ut cōspectum publicum vitaret, usq; dum Patres Franciscani hujuscē ignominiosissimi statūs & deplorabilis vestimenta, illis procurarunt, miseruntq; statim de Cōventu Sancti Salvatoris, ut nuditatē suam tegetēt & ad Cōventum venirent; Idem casus cōtigit cuidam mercatori Gallo, sed majore cum infortunio, nam præter vestium rerumq; suarum rapinam patratam vulneribus confoderunt, & vix nō perijt manibus Arabum immanium, qui flocci faciunt hominum vitam & sanguine maculare enses suos nō exhorrescunt; Sicuti efferata est natura Arabum cum adulti evaserunt, ita truculētus & barbarus est modus cum primas vitales auras carpunt in primordijs infantia. Solēt etenim parētes statim ac ab utero recenter egressi sunt, illos in aqua multō sale referta abluere terq; quaterq; fascijsq; sic involvere, ut ad labores durati velocitate & impietate majores facti polleant. In aspectu sunt truces, in oculis lividi, in genarum colore sub obscuro & pallidi, in ore deformes & rapaces apparēt. Lutheranus ille, qui venit mecum ex civitate Sidō post duas hebdomadas Jerosolimam advenit, post meum ingressum socius nobiscū fuit in plurimis locis sanctis in Bethlehem & in villa Sācti JOANNIS. Patres Frāciscani curam peculiarem illius personæ habebāt, spe freti eundem ad fidem sanctam Catholicam cōvertendi, suppeditātes hac de causa aliquos libros spirituales & varia monita ingerentes proficua animæ & bono spiritali ædificationis Christianæ. Gerebat secum semper Bibliam, quam summis laudibus prosequēbatur aliosq; libros contemnebat.

C A P V T VIII.

§. I.



ADvenit tandem decreta dies discedendi à Regionibus illis Beatissimæ terræ sanctæ, cunabulis & obitu Redemptoris Domini JESU CHRISTI clarissimis & Europam revifere, offerente sese opportunissimā occasione Caravanæ, in qua fuerunt Græci, Turcæ, Armeni, Judæi, Lutheranus præfatus, ego & unus Pater Franciscanus Missionarius, qui iverat ad Cyprum Regnum sub vespertinū tempus postremis diebus Junij Annī 1726. contigit nostra profectio ab inclyta & sancta civitate Jerusalem, & mihi displicuit, nō potuisse dicere extremum vale Patri Superiori Jerosolimitano, comminiscētes aliqui Patres eundem esse occupationibus gravissimis distētum, sed ego nō omisi, in procinctu itineris meas vias delegare, ut officia urbanitatis alius proprio tempore obiret. Progressi bonis auspicijs per quinque vel sex milliaria à sancta civitate conspexi procul Turcas sive Arabes in agro occupatos, & tunc secundā horā noctis fortassis erat; ego præfagus alicujus mali futuri & imminentis, citiūs quā potui versūs Ramam Civitatē cursum properabā, mulō vectus, meo exēplo incitati comites alij itineris me celeriter prosequēbantur, sed frustra nostra celeritas extitit cum Arabes in cursu agiles & præopti nostros cursus antevertērāt, irruētesq; cum impetu adversus nos cū baculis & fustibus longis venerūt. Me unus incepit aggredi & ictū baculi jam vibraverat, qui irritus cessit, fugā etenim promptā declinavi, & perijissem si ictus vanus nō contigisset, me abdidi intra Caravanā, sed illi nequā statim me eduxerūt in campum, ut securius mihi multa verbera infligerent; duo Turcæ, qui fuerūt socij mei in tinere pugnabāt acriter in meū

favorem, cumq; baculū ereptum ab uno ex illis latronibus adversum me Turca vellet auferre, cōtigit, ut ictus baculi mihi destinatus ceciderit super brachiū alterius Turcæ inflicto nō exiguo vulnere; hoc vidētes Arabes acrores iras adversum me suscitaverunt; dejicientesq; de mulo, per terrā cum procūbebam cōmodum illis fuerat, me fustibus petere; unus cum altero cōplicatus per campū se volubāt, boni tunc socij Turcæ citissime ē terra sublatum, me super mulū posuerunt defensionēq; præstiterūt strenuā, ne ego vapularem, sed illi rabie efferrati volebant desistere.

Imō Turcæ supradicti ceperunt placare & pollicere pecunias, sed cum majores vellēt, quam quæ exhibuerūt, rursus irati proiecērūt me per humū tantā cum vi & tumultu ubi vix sub pedibus muli cōrritus pro tertia vicē extinctus nō remanserim; hōc spectaculō Turcæ cōmoti, ne ad atrociora pergerēt, quatuor & plus scuta Arabibus dare polliciti sunt, dummodo sinerēt me abire sinē ulla offensione, acceptarūt conditionē solatisq; pecuniis ab humanissimis illis Turcis, qui me super mulū imposuerunt, tertia vicē quantā majori celeritate potui, me ab illorū oculis subtraxi; amisi multas coronas & cruces, attestaciones pariter à Superiore Jerosolimitano datas, pecunias quoq; sed DEUS fecit, ut ego recuperaverim meū infortunium, & fuga fuit in causa, ut alios socios de Caravana ab illorum incursionibus præservaverim, si etenim numero majori fuisset latrones, minus acquisivissent; hac de causa taciti & multo cum silētio contra me soli iras suas exercebant, nē clamore alij excitati accederēt & prædæ divisio in tot distributæ, exiguæ & minimæ evasissent.

§. II.

Sub diei diluculo Ramam Civitatem ingredimur, latronum periculis & viæ incommodis fatigati, præsertim ego & duo illi Turcæ, qui partes bonorum amicorum sumpserunt adver-

sus

sus insolentiam Arabum, qui sine dubio me interfecissent, nisi eorum avaricia paucis illis erogatis pecunijs fuisset retardata. Voluit addere & exasperare meum infortunij jam perpeffum ab Arabibus commutare indiversi morātes, etenim in uno diversorio pro somno noctis captando cepit idem Lutheranus religionē propriā laudibus prosequi eloquijs Lutherorū sectarium cumulare, nostrā verō Religionē Catholicam Sanctissimā cōtumeliosis verbis laceffere, & salibus impijs carpere; ego diutius illius contumeliā, nec sufferre, nec dissimulare potui, arreptoq; sandalio sub lecto cum hoc tribus vel quatuor vicibus proterva labia contudi, sic petitus petulantissimus nugator clamorem magnum edidit, quō excitati Patres Franciscani conveniunt, causamq; clamoris inquirentes, cum demum scivissent omnia, me ad viridarium duxerunt cum mihi objecissent, quod ego tumultus & rixas in eorum Cōventu excitaverim, ego Zelum fidei Catholicæ opposui à me propugnandū, quocūq; tempore, quocūq; loco, etiam cū evidenti periculo meæ propriæ vitæ; post hæc ad invicem Patres verba aliqua interrupta protulerunt, causamq; jurgiorū ē medio sustulerūt, cum alterū mihi cubiculum assignarunt pro nocte transigēda, quam inquietissimā propter objecta tristia & horrida duxi, usq; dum sol optatissimum diē revexit; vix surrexerā cum statim Epistolæ ad Patrem Guardianū Jerosolimam direxi, significans jacturā attestacionum ab eodē exaratarum in via factam, necessitatēq; novarum habendarū illi proponebam.

Joterim Rhamae relictō Lutherano, veluti petrā scandali & potissimā causā jurgij jam exorti, Jafam perrexi; quō cum pervenissem dedi rursus literas secundas ad Superiorem pro literis cōmendatitijs impetrandis, quas si non obtinuissem, reditum instituissem in illas partes. Et multos dies hac de causā Jafæ, protraxi, Contigit hic quod propter nimij calorem tenebris noctis sese intēdentibus volui mare adire, egrediens per portam, quæ ad mare ipsum porrigitur. Dixi servo, ut illam non clauderet, sed iste vix evasit, occlusit fortassis ob timorē; ego cum in undis submersus, frigoris captā-

R

di

di gratia essem, forte fortuna Græcus malitia me an casu fecerit illac trajiciens cū remo, sivè navicula meum brachium graviter offendit; ego dolorè dissimulans nihil illi reposui, sed indutus vestibus, ad hospitium tacitus remigravi.

§. III.

Jafa optimā sitūs positione gaudet, propè mare & in cōtinenti planicie hortis amānissimis prædita fruitur. Fuerat pri- scis tēporibus Arx munitissima, sed nunc benè desolata est ra- ris domibus sparsa; supersunt adhuc vetusta mænia, super quæ tormenta bellica quatuor vel quinq; ad summū versus mare disposita, cōspiciūtur; Ex Jafa solvi, cum uno navigio versus Acri Sancti JOANNIS, sivè Ptholomaidam fors tulit, ut occasionē hujuscē navis dedit idem Græcus, qui ex Tripoli ad Sidon me trāsvererat, cū Jerusalem adivi, regressusq; reperi eundem Græcum Jafæ, qui eandem naviculam in locationem acceperat, qui cū me novisset in trāsacto itinere, rursus me reducem aspiciens benevolè salutavit, in- vitavitq; in suum navigium jamjam vela daturum, cum quo usq; ad radicēs mōtis Carmeli, cujus videndi causā, cū ego in terram descēdere voluissem Navarchus nō permisit, adducens rationem, ne- scio an veram vel falsam, propterea, quod mali homines prædones advenis infesti & noxij terras illas incolæ.

Vix emensi sumus cum isto parvo navigio aliquot milliaria per mare, statim occurrit nobis navis illa, cum qua veni ex Sidon ad Jafan, quando Jerosolimā contendebam, & valde sum lætatus, quod rursus invenerim Capitaneū ejusdem navis erga me benevolū, qui majorem affectum mihi exhibuit cum improvisus illius oculis apparui pretenis brachijs me fuit complexus, in suaq; navi locum optimū destinavit, & convivā me in sua cæna adhibuit; donavi ego illi aliquot coronas Jerosolimitanas, quas gratō animō accepit do- natis alijs nautis veluti symbolū devotionis & affectus erga illorum

bene-

benevolentiam. Audivit libenter supradictus Capitaneus me nar- rantem circūstantias locorum Sanctorum, quæ obivi & pericula innumera, quæ evasi; Summo mane vela dantes ad Ptholomaidam civitatē ante prædij tempus venimus, vix terrā tetigi cū ad hospitium Patrū Franciscanorū statim gressus moverē, qui me dilectione fra- terna suscipientes ad cubiculū deduxerunt, ibiq; quiete sumptā re- sectus cibo aliquantisper recreatus manebam.

Paucis diebus vix elapsis advenit festum Sācti JOANNIS Bap- tistæ nativitatis, quod celebrarūt mille lætitijs benedicto igne, in per- vigilio ejusdē festi erecto ad hoc ingenti lignorū strue. Super ve- nerunt circa hoc tempus inopinati aliqui Patres ex Nazareth, super- venerunt & illi homines ductores patrū volētes rursus regredi Na- zareth pactum cū illis inivi dādi triginta paras, qui cū acquievis- sent meis promissis ego hilariter amplexus sum hujusmodi occasionē veluti tutissimā; erāt etenim benè armati cum sclopetis & gladijs addita lancea.

Hoc igitur apparatu viatorio benè instructi ad planicies Campi circūivimus, usq; dum ad certam villā stetimus, inclinante se sole in vesperam. Ab hac villa veluti à quodam termino mōtium dorsa longissima consurgunt unā cum nemoribus crebris Olivarum; Volui- mus in hac villa subsistere & noctem ibi ducere cōstrato tapete stramineo, ante domum cujusdam Græci supervenit unus Turca, qui Nazareth pariter ibat, ego propriō instructus, & cū cibum fumerem, comestibilia Græcus ille officiosus nobis attolit, nimirū unam patinā lactis nō exiguam, panem subcinericiū aquæ amphorā & cum ego cucurbitam vino plenā haberem, Turca ille, qui super- venit auctoritate propria eandem cucurbitam accepit, totamq; exsicando sine urbanitate hausit, & cum penes me sederet, cul- trum sub cingulo accepit, posuitq; super propria genua & cum mihi deditā opera proximior fieret, ego me paulatim retrahere incipiebā; quod advertentes cōvivæ accumbētes more Turcico increpabant illū, ut se ab istis actibus abstineret; supradictus Græcus in pulcherrimo

Rz

habi-

habitu apparuit, lautè nos tractavit sine obulo, quod injuriæ adscripisset, si pecunias illi erogassemus. Attulit & pipes ad herbam Nicotianam igne succèsam haustu oris efflàdam, & expiràdam; postquam adventavit hora somni capiendi, unus quisq; humi stramineo tapete subjecto sub cælo dormivit sedem cõmodiorè, quisq; quam potuit nactus fuit. Ego alium locum mutavi cum in primo loco oculos claudere nunquam potuerim, assvetus publicis hospitij Europæ, quæ in hiscè regionibus nullibi apparent.

§. I V.

Mane surgentes rebûs omnibûs ad capescendum iter necessarijs collectis ascendimus equos, quibus illa nocte pabulû defuit, egredientesq; ab illa villa densum nemus Olivarû pervasimus, prærupti montis superantes & vias asperas conficientes, ita ut meum caput vertigine inopinatâ laboraret propter insomnem noctè recenter traductâ non sine molestia. Surgente aurora ad campum planissimum venimus, ibiq; quievimus, itineris incõmodo defessi equi quoq; herbas pascentes ad resumendum cursum majore fortitudine & celeritate vires repararunt; tunc temporis ille Turca semper irrequietus semper ad molestiam mihi procreandam evaginatâ suâ macerâ sive frameâ versûs me properabat clamâs: *aurei, aurei!* ego respiciens ejusdem insaniâ adversus me bachantem ut vitarem suû incursum per agrum celeriter fugiebam, sed cum me propius fuisset affectus, cû insolens vellet esse, ulterius adstitit unus de socijs itineris eundèquè objurgavit, vt desineret lacessere quietos homines, ascensisq; equis interruptum cursum itineris alacres & vegeti resumpsimus donèc Nazareth venimus propè quandam villam, in qua Divus JOSEPHUS natalia sua habuit, & vestigia, illius domus adhuc supersunt; Nazareth ingressi Conventum statim Patrum Franciscanorû adivimus, cujus Conventûs Superior humiliter à me salutatus cui & meas attestaciones exhibui, jussit, ut cubiculum

biculum mihi assignarent, advenienteq; prædij horâ in Refectorio rursûs secundû locum assignavit in mensâ, quò prædiò expletò unâ integram hebdomadam traduxi, in isto Conventu Nazareth hoc tempore ego interim sanctuaria & loca insignia, in quibus Dominus noster JESUS CHRISTUS cum inter mortales degeret versabatur, visitavi: eminet locus semper memorabilis & assiduâ fidelium devotione semper prosequendus, in quo domus Lauretana divinitus ab Angelis in Italiâ trãslata, jã diu steterat, superstite adhuc in Nazareth cavea in petris aperta, ad quam descendebat per scalas B: V: M: & hic Angelica salutatio ab Angelo Gabriele facta contigit, dum illa genibus flexis piam animam procurabat. Ibidem erecta sunt duo Altaria vnum majus, alterum angustius pendente inter duos parietes minore columna Altaris propter memoriã nõ sine miraculo relicta; venerant etenim elapsis temporibus Turcæ ad eundem locum, in quo superstat præfata columna, quâ præcidentes invasi autumãtes, quod ibi possunt thesaurû aliquè reperire, in aère suspensâ mansit, quæ adhuc extat infixâ in capite tecto illi saxeo. In majore Altari quotidie celebratur Missa cantata, indicaturq; digitis locus quando ad illa verba *Verbum caro factum est.* Cantus protenditur. Alia domus sancti JOSEPHI cernitur cum Officina, in qua Artem fabri lignariam exercebat.

Nazareth olim Urbs nunc villæ nomen vix meretur propter excidiû domorum & mœnia diruta, nõ possum omittere & exponere ad laudem B: V: M: factum redundans, quod recenter contigit in persona Præfidi Nazareth, qui cum assvetus esset sæpè sapius spoliare Cõventum pecunijs, iniquâ operâ Arabum utebatur, eosdem mittètes ad Conventum ut emungerent pecunias, & si detractabant per illos commiosbatur excidiû Conventûs. Eo tamen in quo proposito faciebat, ut si Patres minis expugnassent pecuniasq; obtinuissent idem Præfides particeps medietatis pecuniæ à Patribus tributæ volebat esse, usq; cum sæpè sapius repetitâ hujusmodi fraudem subdolanâ, avaramq; decrevit miracolò evidentissimò frangere, hoc pacto:

B: V: MARIA, quæ albis vestibus induta illi apparuit, edixitq; clara vocè refer pecunias ad meam domum, quas præter jus expilasti, & nisi reddideris primâ panis buccellam in die paschatis nō attinges; ille surdus hiscè vocibus nō obtemperabat.

Secundâ vice DEI-Para se in ejus cōspectū indignum protulit, eadem edifferens: ille è contra refractarius obstitit. Tertiâ tandem vice & postremâ apparuit & in ejus aures sonū illum severum verborū immisit, restitue pecunias meæ domui, alias cibum ori tuo certò certius in die Paschatis non admovebis, ille aspectu cælestis Matronæ ejusdēq; dictis territus narravit omnia, quæ viderat uxori & timore pavidus cōsiliō ejusdem uxoris edixit statim, ut duæ capræ ad Cōventum deducerentur. Dictum factum & vix allatæ fuerunt Patribus, cūm statim hoc inopinato dond perculsi attoniti exstiterūt, sed certiores de successu redditi, divinitus id factum esse cōjecerunt, & ulterius crevit illorū admiratio cūm acceperunt, quod idem Præses adveniēte tempore Paschatis mensæ accumbens vix primum cibū delibare cogitavit, miserabiliter interiit, cōpressisq; dentibus os perpetuō clausit & vitæ & cibus terrenis. Rumore hoc tristissimo mortis tam inopinatæ & pronunciatæ à DEI-Para sparsō per urbem occasione hujusmodi casus dedit ingerendi terrorē Turcis alijs, pejora fortassis meditātibus adversus pijsimos illos Patres DEI & Virgini Sanctissimæ maucipatos.

§. V.

IN pervigilio Sancti PETRI & PAULI ortum Solis prævenientes surreximus, montemq; Thabor transfigurationis locum conscendimus, præparatis omnibus necessarijs tū vecturæ equorum, tum ciborum transvectione trajiciētes viam; quæ ducit ad Meccâ, sepulchrum seu sterquiliniū infamis Machometis, quo peregrini Turcæ ex Damasco, Alepo alijsq; varijs locis provenientes Societatemq; cōponentes, quam Caravanâ appellant; Vix montem Thabor

Thabor tenuimus cum alij ex nostris nudis pedibus devotionis causâ; alij equis subvecti hujusmodi ascensionem peregerunt, observavimusq; vestigia adhuc exstantia quorundam murorū, ubi JESUS Apostolis vetavit, verbis illis in Evangelio recitatis: *Nemini dixeritis visionem hanc.* Eundē locum intuiti fuimus, in quo JESUS CHRISTUS fuit transfiguratus. Jbi fuisse Ecclesiam nō nulla vestigiū indicant, præsertim tria subterranea Tabernacula, tribus altaribus ornata, in quibus ut Missæ possent peragi, omnia paramenta nobiscum attulimus.

Non facilis fuit ingressus propter convexitatem locorum nimirū demissam & ostiū saxorū agerie infarcinatum auxiliō tamē luminis, à candelis subpeditati convexitatē locorū visitavimus, tresq; Missas celebrarunt Socij Patres & ego cum duobus laicis cōfessionem & cōmunionē absolvi. Post hæc ritè & piè absoluta egressi fuimus ab illa cavea subterranea, & ascēdentes superiūs, super vetustos illos muros jentaculum habuimus epulisq; frugalibus & parcissimis refecti decrevimus obire huc illuc circumacti captantes elatorem positionem sitūs pro detegēdo prospectu Urbis Jericho, & alias civitates, mareq; Tiberiadis.

Suprà eundē verticem montis attēti inspeximus muros veluti indicia perspicua amplæ civitatis, in qua tria tabernacula exstiterūt. Observantur speluncæ ingētes nativo lapide cōstructæ & fores ex secto lapide: occupant silvæ & dū tam amplissimam loci superficiem, in qua cōdita erat antiquis tēporibus civitas circum vicinus ager est incultus, avenaq; à nemine sata succrescit adeo alta, ut hominis staturam quasi superet, delapsq; semine rursus in terram à superveniēte pluvia fecundatur. Nullus homo hospitatur in hoc monte propter merum latronum, qui ibidem latēt.

Descēdimus postea de monte processimusq; ad mare Tiberiadis seu mare Galileæ, ubi cōspeximus quādam domū altam cinctā mœnibus in forma unius arcis ante hanc domum nudinæ mercium, in quibus interveniunt multi Arabes, Mauri, Græci, Armeniq; qui faci-

faciebant cōtractus si forte fortuna pecunias in via numerassent. Curiosi multi currebāt ad illas inspicendas, quas, ut amoveret, veniebat vir alicujus auctoritatis cum lōgo baculo & disperdebat; hōc remediō providebatur incōvenienti rapiēdi pecunias per vim. Nos etiam curiosi lustrabant oculis lividis illi homines malè frugis, nec contra nos aliquid moliri poterant, tantummodo francos nos appetitabant. Ceterum manus cohibebāt intuētes se impares esse nostris socijs itineris armis benè instructis præter unū Maurum lōga lācea armatum, alijsq; brevibus armis, ulterius progrediētes siti stimulati, ad unum suburbium cōcessimus, perētesq; aquam, libēter dederunt, vinum etenim quod nobiscum attuleramus degustare non potuimus propter nimium calorē.

Ulterius gressus ferētes ego tædio affectus vectura equi volui pedestris itinere viam conficere, quæ cum fuisset angusta, mulier Arabica obviam facta noluit declinare de viâ, quæ à socio mei itineris interpellata submurmurans aliquantisper in via cessit.

Ad villâ pervenimus in qua bruta, boves nimirū & vaccæ cubabāt, & cum siti maxima æstuaem, sui coactus aquâ lutulētam haurire, sic perturbatam à vestigijs pedum eorūdem brutorum; hanc eandē aquâ biberunt & alij patres usq; dum proximiores facti mari Tiberiadis in monte cōtiguo nacti fuimus fontē frigidissimum & crystallium, lapidibus sectis undiq; circumdatum, quō visō statim descendimus de equis, projectoq; tapete subtus illas arbores opacas foliorum densitate, sedebamus hausimusq; liquorem gratissimum illius aquæ frigidæ buccis plenis, captataq; quiete unius horæ ad portam civitatis Tiberiadis tandē constitimus, eo potissimum tempore, quo Præses sive Bassa de porta egrediebatur, quē cum Maurus, qui nobiscum fuerat aspexisset, statim descēdens de equo cucurrit ad illum obsequiosus, osculatōq; manu obsequia nomine Bassæ Nazarethani illi detulit, nos pariter ad illius conspectum præsentēs facti volumus descēdere ab equis, sicuti more receptum est;

est; sed ille nostra promptitudine satisfactus, interdixit, ne humi descēderemus imò hilari vultu nos singulos diversò habitu vestitos curiosus & subridens lustrabat.

§. VI.

Derevimus primū petere balnea aquis naturaliter calidis scatentia, sed imminēte jam vespere cōsiliū in melius mutavimus, nimirum ingressi fuimus Ecclesiā, ubi fufis precibus per aliquot temporis spatiū mansimus. Interim Patres vesperas recitârunt, ego itineris incōmodō fatigatus somnū captavi socij nostri itineris ignē excitarunt, admotis lignis sufficientibus ad coquendum pultem. Non defuerūt Turcæ pueri, qui in nos lapides jaciebant veluti extraneos & alienigenas, nos deprehendētes, unâ cum duobus Patribus ad maris littus me cōtuli, ibiq; detractis calceis & tibialibus, vt ablueremur.

Mare ipsum fuimus ingressi, & vix primū passam in undis promovimus cū statim magna piscium copia ad crura nostra certatim cōfluebat, qui huc & illuc agiles discurrebāt, nō fuisset mihi magnus labor eos licet lubricos fugacesq; captare. Incolæ illius maris artificium texēdi retia prorsus ignorât, imò ab esu piscium se abstinēt, carniū comestioni tantū indulgentes, quæ exiguo precio vendūtur; Illud idē mare fuit, in quod Apostoli jussu CHRISTI Domini retia projicientes retraxerunt tanta copia pisciū referta, vt periculū fuerit, ne rumperētur, cū antea tota nocte laboraverint & nihil ceperint ex hoc mari vocavit CHRISTUS Apostolos ad suâ sequelâ pronuntiatis verbis illis divinissimis: *ab hac hora eritis piscatores hominum.*

In undis hujuscè maris validissimus ventus insurrexit, qui naviculâ, in qua erant Apostoli adeò agitabant, vt invocato Divino Magistro ab Apostolis statim fuerit indicta trāquillitas, accitumq; ad maris ripâ Divum PETRUM in navi stantē increpavit idem Dominus,

minus, cum ingrediētem aquas & distidētem ulterius procedendi vidisset, verbis illis *modicæ fidei, quare dubitasti?* retraxitq; ab undis porrectâ manu.

Ut vigeret memoria istorum mysteriorum conditâ ibi est Ecclesia nō mediocri structuræ, nulla suppellectile ornatur, nudi tantum parietes & una mensa lapidibus cōstructâ, super quam Missâ peragitur. Sub tecto ejusdem Ecclesiæ somnū prodiximus comedimusq; parum orisæ & pisces merlucias appellatos. Parato igne in cemeterio supervenerunt hoc medio tempore tres Græci Schismatici edixeruntq; nobis dolētes, quod carerēt Sacerdote; tum proprij ritūs; tum latini, cupiebantq; esse Catholici & Schismatis notam à se amovere. Nos vocibus illis veluti ex corde sincero derivatis permoti, invitavimus illos ad accumbendum nobiscum in mensa.

Non recusarunt illi & contubernales etiam in nocte extiterunt, mane exporrecti Patres surrexerunt adornatis Altaribus celebrarunt duas Missas, additâ unâ cantata, peractis suis devotionibus in cōmunionē & confessione consistentibus à duobus Laicis. In prospectu ejusdem Ecclesiæ Arabicis characteribus exarata sunt verba, quæ ita se habent, *hec Ecclesia spectat ad Francos seu Christianos* appellat Francos vocabulo Turcico ad indicandos Europeos sive Religiosos, sive sæculares exēptos à jurisdictione Imperatoris Turcarum. Conditum fuit hoc templum à Diva HELENA, quod persistit usq; ad præsentem diem. Non longè visitur Moschea Turcarum interposito pariete Ecclesiæ nostræ.

§. VII.

EXeuntes ab eadem Ecclesia in festo Divi PETRI & PAULI ad montem fractionis panis contendimus, & oriente sole observavimus Maurum Turcam armatum, qui nobi-

nobiscum erat, descendente statim de equo detracta superiori veste, qui cum humi procubisset, preces propriæ sectæ recitabat, manibus & pedibus inclinatis meridiem versus propter positionem Mecæ seu sepulchri Machometis, infelicissimi positi in plaga meridionali.

Postea equo rursus reiectus viâ nobiscum prosequabatur. Contigit in via ut unus rudis Pastor nobis occurreret, & velut obicem posuit, ut ultra nō progredieremur. Nos rogantes causam cur detineret & sisteret nostrum cursum, ille conquerens jacturâ recentem factam pippæ, quam habuerat enixis precibus, & flagitabat alteram, ut sic suum dolorē leniret; unus ex nostris affectis concessit statim unâ, herbâ Nicocianâ plenam, quam ille hilaris sumpsit, gratias agēs & veluti Thesaurum reputans, redijt ad suū gregē nos interea expediti à simplicitate istius boni pastoris monticulum illū conscēdimus, super quē CHRISTUS Dominus quinq; panes accipiens, frangensq; eosdem multiplicavit, & turbas illas famelicas numerū quinq; millium æquates abunde saturavit; Visitavimus & vallem infra jacentē, occupatam tūc temporis ab iisdem turbis JESUM sequētib; Nolumus prætermittere locū, in quo CHRISTUS Dominus octo beatitudines recensens prædicabat; capellâ ibidem antea stetitē indicant perspicuè fundamenta & muri collapsi; mons hic rotūdâ figurâ præditus amānitatem valde gratâ præsefert, & altitudine nō admodū magnâ gaudet in subjectis infra mōtes cāpis, magna captarum silvestrium copia pascebat, quæ colore albo illitæ nos prætereūtes, nec timidæ, nec fugaces, sed stantes veluti attonitæ respiciebāt, nihil clamores nostros adhibitū edictos curātes.

Concessimus ad alterum locū in quo Apostoli pane carētes frangebāt spicas, & Canam Galileæ attigimus locū illum celeberrimū in Evangelio, ubi nuptiæ habitæ sunt præsentē CHRISTO Domino cū MARIA Sanctissima, patratō solenni illō miraculō mutationis

tationis aquæ in vinū, ut Divinum Evangelium luculentissimis verbis nos edocet.

Prisca Christianorum pietas formam hujuscemodum domus in Ecclesia pulcherrimam structuram verterat, sed accedente diuturnitate temporis & saviente Othomanorum potentia nunc supersunt tantum parietes, cum nonnullis columnis intus erectis & aliquibus solo prostratis; inspeximus puteum, ex quo hausisse aquam tempore nuptiarum Canæ Galilææ, quam Christo Domino in hydrijs allatam repente in vinum evasisse nos docet sacrae litteræ. Voluimus aquam hujusmodi bibere ex eodem puteo, quæ primo aspectu cum canosa videretur proprijs labijs admota, palato gratissima contigit & oculis clarior apparuit, alleciti invitatiq; umbrosam opacitate, proceræ olivæ cõsedimus, non longe ab eodem puteo, extensoq; tapete humi quievimus, factoque igne ex cõgestis lignis, orisum coximus.

Supervenit hoc medio tempore quidam Græcus seniori aspectu gravis & valde urbanus, qui nutibus junctis cum verbis Græcis & Arabicis hortabatur nos, ut ad propriam domum iremus ad evitandos radios solis ardentis præbens gratis nobis hospitium; quibus exhibitionibus admodum nos obstricti, gratias quantum potuimus, verbis ipsi retulimus. Interim cum brevissimæ nostræ moræ ibidem faciendæ excusationem adduximus, ille illico domum regrediens, magnam pateram receti lactis refertam ab uberibus vaccæ expresso, nobis lætus attulit, vices grati animi nos repetentes, hortati fuimus enixe, ut nobiscum prædium summeret. Obsecravit ille votis nostris & cõviva factus nostræ paupertatis, melle & vini & cibi appositi particeps extitit; Asserunt non pauci, quod supradictus puteus eadem structuram & forma est præditus, quam habebat tempore JESU CHRISTI apud mortales degentis. Et verò simile hoc videtur, si magnos & crassos lapides diutius duraturos attentè consideramus. Secundam vice voluimus admovere labia aquis hauriendis ab hoc puteo, ut & sitim nostram & devotionem expleremus.

mus. Post hæc solatia refectiois animi & corporis iter nostrum interruptum versus Nazareth resumpsimus.

§. VIII.

AD sinistram partem flectentes obvios habuimus Arabes in castris metatos, qui licet milites sine more huc illuc pallantes, nullum insolentiam specimen contra nos ediderunt. Pervenimus incolumes Nazareth, absolvetes per duos dies nostrum iter. Ad mare Tyberiadis euntes & reduces visitantes omnia insigniora loca in Nazareth. Ex incommodo hujuscemodum itineris valde abstruso & aspero derivatus est mihi levis morbus addito pallore vultus, æstivis caloribus adducto, interim Pater Superior destinavit mihi unum comitem, qui me duceret ad pinnaculum montis, ex quo JESUM volebant dejicere, sic etenim Judæi in Synagoga decreverat.

Judicavit mihi pariter locum, in quo stabat B. V. M. tota pallida facta ab hujusmodi nefario consilio, qui locus timor nuncupatur; fuerat ibi monasterium, sed nunc dirutum est. Vix attingi locum illum lapsui CHRISTI Domini præparatum, cum valetudo mea deterior cepit fieri, & cum sitis me exstimularet, nequivi me abstinere aquam degustandi frigidam, ex quodam specu, in eadem via, quam fecimus, sed maximo cum meo incommodo vix & ægre ad Cõventum pervenire potui, Pater Superior conjiciens ex vultu per legensq; in fronte meum morbum multa charitate instructus tantum permotus præcepit statim, ut mihi salutarem medicinam porrigeret; post cujus sumptionem suppeditarunt porcionem cibi selecti, quæ ego vix primoribus labris delibavi, viscerum torminibus adeo vehementer exagitatui, ut fuerim coactus medicinam illam integram in stomachum jam detrusam, ad fauces revocatum rursus reddere.

Mitto

Mitto tacitus dolorem incredibilem capitis, quo ego angebar, qui an ab aestu, an à nimia humiditate fluxerit, nescio, & fortassis medici nostri tēporis, qui se jactāt arcana naturæ benè tenere & cognoscere, factò tamen ostendūt, se rei medicæ prorsus esse ignaros. Suborta est mihi pia curiositas interrogandi Patres, cur diligētiam sedulā nō habeāt, erudiendi illos Græcos accolæ maris Tyberiadis, qui ardentés cupiunt esse Catholici; illi reposuerunt, quod si ibi versarētur nō sine vitæ periculo tuti & incolumes permanerent, habitā cōtemplatione ad eorundem nequitiam & feritatē; ego è cōtra responsum paratum illis reddidi & velut os obstruxi, ajens, quod ille, qui vero fidei Orthodoxæ Catholicæ Zelo ducitur vitæ periculū cōtemnit; præterquam, quod subjuxi, quod in civitate Tyberiadis Arabes versari nō solent, & arcerentur, si ingredi tentarent: hoc argumento evidentissimo subjiciebam illorum oculis facilitatē erigendi unum seminariū, pro bono juventutis literis imbuendæ, cum accedat quotidiani victūs vilitas, quæ eò deducitur, ut pretium unius bovis mactādi & ejus carnibus vescendi, unius scuti sive duorum florenorū germanicorū pretium nō excedat: pisces autem adeò venales adeo exigui sunt pretij, ut unus homo Europeus huc appellens delicias humanarum rerum se invenisse jactitaret; illis Patribus etiam pro evidentia proponebam, quod Bassa licet Turcarum immanitate nutritus bonitatis & humanitatis naturalis & moralis laude nō carebat.

Incolæ illius civitatis barbariem & asperitatem omnē deposuisse videbantur, ab illis etenim nullam noxā accepimus indicio apertissimo, quod si ante oculos perfecta virtutum Christianorū exemplaria & homines cultores veræ fidei Catholicæ haberēt ad imitationē & exemplum sine dubio incitarētur; ut Seminarium præfatum posset construi nō multis erogatis pecunijs, non difficillima impetratio facultatis à Rege Turcarū posset impetrari per legatū aliquem Christianæ potētiae Bizantijs degētē; adderet efficaciam

Reli-

Religio & qualitas loci distincti & insigniti Ecclesia Divi PETRI & PAULI apud mare Tiberiadis; sed ut unò verbò difficultatem omnem è medio tollam, ajo, quod Turcarum avaricia, si pecuniarum largitione paucarum fit delinita, oculos claudat & Christianis dūmodo os argento sublinent, quodlibet permittant.

Hæc & plura alia cumulavi, ut bonos illos Patres excitarem ad hujusmodi opus piissimum promovendum, nec temerè protuli cum optimè sciam, quod Patres Franciscani degentes in civitate Nazareth præter cænobium possident unam villam & per annū cōtribuentes tributū aliquod, Turcæ acquiescunt & si forte fortuna molestia aliqua procreatur vel ipsis infertur, insolentiæ plebis potius quam authoritati adscribitur magistratūs Turcici, quam plebem iidem pij Patres demulcere student oblati pecuniolis & panibus distributis, ut sic illorum feritas & insolentia mansvesceret.

Relatum mihi fuit, quod Consul quidam Anglus apud mare Tiberiadis in loculo parietis Ecclesiæ, cū vidisset positum latū lapidē nō valde exiguū, in quo duæ claves Sæcti PETRI cernabantur, in sculptæ, jussit statim extrahere & in Angliam transtulit propter venerationem ut credibile est earundem clavium, quas à JESU CHRISTO immediatè Divū Petrū accepisse & earum effigiem in illo lapide incidisse fertur.

§. I X.

Est maxima infelicitas in locis Nazareth proximis, propter assiduas incursions Arabū, qui rapinis & cōrectatione rerum alienarum victitant, & sæpè sæpius vitæ peregrinorum insidiantur. Viasq; illas obsident tendentes retia astutarum & fraudum, ut insatiabilem suam avaritiam expleant sine trecto & lare viventes huc & illuc. Inculta & durissima suorum infantium est educatio, quos secum, ducentes

cum

cum usum pedum propter teneram aetatem non habeant, eosdem saepe saepius veluti pondera manualia ephippijs camelorum utrinque alligant, ut sint laboribus & incommodis obdurati adultiores facti, postea aestivis caloribus ardentissimis & injurijs temporum resistent; hac occasione sumptam mente recolo non illepidum factum, quod mihi narravit, vir probatae fidei de quodam Arabe iter habente, qui cum armatus fuisset quadraginta sagittis, incidissetque in manum non exiguam istorum praedonum Arabum, animadvertit statim periculum vitae, quod iminebat: animum tamen collegit, locumque editum occupavit, ibique veluti in parvo propugnaculo constitutus illas quadraginta sagittas adeo bene disposuit, ut si prospere vibrare illi contingeret, stragem equorum suorum facturum pro certo cominabatur; antequam victus illis se daret; imperterritum animum illius intuentes adversarii sibi ipsis salubrius consulentes, viam suam abire incolumem jusserunt, & nullum audaciae experimentum tentantes iter suum taciti sunt profecuti.

Cum Nazareth non optima valetudine fruerer ad Ptolomaidem seu acri civitatem me conferre decrevi, asino & Camelo identidem utens, praedito mihi a quodam Turca comite itineris destinato cum pervenissem medicum statim accersivi natione Gallum, qui cum morbi mei naturam intrinsecam optime nosset exiguam spem de mea salute promisit, ordinatisque varijs medicamentis, artem suam adhibuit omnem, ut ego melius convalescerem, nocte sequenti charitas illorum Patrum eximia, duos homines pro mea custodia & assistentia destinavit, accensis duobus luminibus in cubiculo propter necessitatem, quae in hoc deplorabili statu poterat contingere, semotis arbitris amphoram plenam aquae frigidae manu citissimam sumpsit, & inscio medico meo pectori admovi, & visus est nimius ille internus calor deservescere, interim medicus suas partes strenue peregit, ut me sublevaret tum venae sectione instituta, tum cucurbitis & scarificationibus admotis quibus remedijs opportunè adhibitis DEO juvante convalesci.

Volui

Volui post aliquot dies ad montem Carmelum ire, qui inspicitur bene ab Urbe Ptolomaida, sed Superior non approbavit meum consilium. Patres Carmelitae in Ptolomaida seu Acri tenent hospitium, penes illud Franciscanorum, & supervenerunt tunc temporis duo Religiosi Carmelitae de monte Carmelo, quorum unus cum Jerusalem ire destinasset, habuissetque facultatem ingrediendi Jerusalem à Patre Superiore Jerosolimitano in scriptis concessam, in eaque assignabat quantitatem pecuniarum nimirum quadraginta & plus scuta pro taxatis expensis Terrae Sanctae, quam debebat deponere in manu Patris Superioris in Acri Franciscanorum degentis, & Pater praedictus in confidentia mihi aperuit, quod hanc obligationem deponendi pecunias bono animo non poterat concoquere, nec quae id ratione fieret intelligeret, cum prope sciret, quod Patres Franciscani, quicumque fuerint, si ad montem Carmeli accedant, gratis liberaliter victus illis praebetur, etiam si per multos dies ibi fuerant versati, nec aliquid deponere tenentur.

§. X.

Civitas haec Ptolomaida sive Acri duo obtinet nomina Sancti JOANNIS primum sic denominatum propter sedem, quam ibi delegerunt, Equites Jerosolimitani degentes prius Jerosolimis. Observatur adhuc vestigia praesae Urbis, quae olim incluta fuit. Superstuit adhuc muri expolitis lapidibus & bene levigatis constructi, imò in portu maris multa istorum lapidum copages arpagonibus ferreis coërcita adhuc visitur. Propugnacula & fossae non deerant, sed nunc materies cimenti indigesta, veluti manifesta indicia antiquitatis superstuit, sicuti vestigia palatii magni Magistri Equitum Jerosolimitanorum, parietes & columnae eximiae, quibus initebatur apparent scuti templi Sancti JOANNIS prospectus & muri semirutum.

T

Ver:

Verſanti mihi per aliquot hebdomadas riſum ſæpè ſæpius mihi excitavit aſpectus ejuſdem Maroniti, qui ibi manebat & ad hoſpitiſium ſuperpelicio ſemper indutus ventilabat, què Patres pro iſto indumèti genere quod ferebat joci cauſà Canonicum nuncupabant, erat adeo verſipellis & ſubdolus, ut pro cibo & daſtilis conquirèdis, apud Turcas venditores mille aſtutias conſingebat nimirū & gibofitatem & cōtractionem corporis & peſtoris veluti, ſi difficultate reſpirationis laboraſſet, infirmitatèq; quandā pertuliſſet, ſic cōmiſerationem excitabat, victumq; quotidianum ſibi ingenioſè procurabat.

Extra hanc Urbem circiter tria milliaria Italica adhuc monumenta ſuperſunt, in quibus latebat claffis Turcarū, additis ſubterraneis foſſis, antiquitus commodiſſimo portu & tutiſſimo pro naviu ſtatione gaudebat, nunc depravatum exiguā cōmorantibus navibus ſecuritate pollicetur, ſicuti factum funeſtiſſimum cujuſdam navis Anglæ quæ ante meum adventum in hoc portu infido miſerè fuit ſubmerſa, teſtatur. Hic Cōſul Angliæ & Galliæ ſedè ſuā habent, quorum domus Turcica vocabulo. Han appellatur domiciliorum ſeparatione Hanis dicti utuntur Franciſcani & Carmelitæ, qui duas habent Eccleſias, ſicuti Angli; unā die ſolatij gratiā cum Patribus ſui egreſſus petentes littus maris cum propoſito captandi caneros rodentes id littus & ſcopulos, quos cum copioſos inveniſſemus voluimus & herbas ſilveſtres oleo & aceto cōdiendas cōquirere, poſtmodum ad Conventum rediimus pro præparandis hujuſcè omnibus ad comedendum, venit hoc tempore unus Baſſa, curioſitatis cauſà ductus ad inviſendos Patres & nos Europeos attentuſq; diſcriminatos noſtros habitus ſeu veſtes oculis luſtraſbat, bibulaſq; aures intèdebat ad noſtros ſermones captādos.

Mecum ego crucium aliquarum copiam nō exiguam ferebam quā Pater Superior cum vidiffet, dixit, quod Turcis debebam pro hiſcè crucibus perſolvere *baraç* ſivè tributum: ſupervenit in-

terim

terim navigium, cujuſ Dominus fuerat Græcus, quod verſus Sidō tendebat, quod ego antequam aſcēderem & Sidon civitatem navigarem, habui literas à Patres Guardiano Jerofolimitano miſſas, in quibus præter atteſtationes meās deperditas incluſas nuncium etiā funeſtū illius lutherani, cum quo ego fuerā alter catus Rhamæ, mortem ſignificabat. Vela dantes verſus Sidon prætergreſſi fuimus Caſareā vetuſtiſſimam Urbē, cujuſ niſi rudera deformia apparēt, in hac Urbe Martyriū Longini militis qui pro fide Sācta Catholica mortem perpeſſus eſt hic poſtquam CHRISTUS Dominus in cruce expiravit, latus ejuſdem aperuit, profluxitq; ſanguis & aqua ab illius vulnere & oculos illi aperuit. Inſpeximus pariter reliquias cujuſdam Urbis Pelegrini appellatæ, nunc dirutæ, quæ ad mare mediterraneum jacebat, unum diem & noctem cōluſpimus, antequam Sidonis portum tenuimus, quem vix fuimus ingreſſi, cum ſtatim mare adeò fluctibus horiſonis agitabatur, ut periculū imminens fuerit ſubmerſionis navigij, ſed DEO dante, ſuperiſq; bene favētibus terrā attigimus optatiſſimam; Ego rectā navigationis incōmodis & tædio affectus adivi Cōventū Franciſcanorū, ibiq; ſalutavi Patrē Reſidētē Italū nō Gallū, qui jam abiverat; iſte comiſ & benignus me excepit, cubiculumq; deſtinavit, horiſq; determinatis ad prædium & Canam ibam; Poſt ſumptā unius vel alterius diei quietem volui inviſere & luſtrare Urbem aſpectu pulchram & opulētam propter varias nundinas & mercimonia, quæ aſſiduè inportantur & exportantur. Hæc urbs eſt in qua mulier fluxū ſanguinis laborans ſimbrias CHRISTI Domini tranſeuntis tangens, viviſſimā fide ſuccèſa ſtatim ſanata fuit. Ibi unā capella exſtiterat, ſed modò ſolo æquata & locus hujuſmodi extra Urbis pomeria manet, circa muros civitatis amæniffimi horti varij oleribus & fructibus conſiti, pulchrum aſpectum intuentium oculis cōciliant, viſes pariter vindemiæ ubertate botriſq; maturis ſuo tempore turgētes vineis Europæ cultiſſimis non cedunt: unū propu-

Tz

guaculū

gnaculum in portu maris confurgit nō adeò munitum. Multi Galli mercaturæ causâ hic degunt, præter Patres Capucinos ejusdem nationis, quos alit Cōsul Gallus pro tempore existens.

§. XI.

Meditatus fueram, post quam hanc urbem reliquissim, iter arripere versus Indias orientales, sed cum infirmitas corporis ingruisset, navi Gallica vectus Ægyptū versus Urbem Roseto appellatæ appropinquavimus, sed contrarijs vētis percussi versus Insulam Cypri fuimus delati, postmodū ad Caramaniā Provinciam in Regno Natoliæ; rursus restāte vento favorabili Ægypti plagas proximas vidimus, à quibus abstracti vi vētorum iterū insurgente ad Regnum Cyprium brevissimo tēpore appulimus & navis nostra veluti vētorum ludibriū exposita Rhodum Insulā in prospectu habuimus; spectātem ad aliam Insulā, hæc est celeberrima in historijs propter sedē ibi habitam tot annorum spatio, ab Equitibus Jerosolimitanis Sancti JOANNIS Baptistæ, qui postmodū à Turcis devicti, expugnatiq; in acri seu Prolomaida, spe auxiliorū Christianorum frustrati, ad hanc eandem Insulā cōfugerunt, quā dum munivissent arcibus & propugnaculis validissimis, tandem post multos annos obsidente Selimo Turcarū Imperatore cum classe navali potentissima, omni navigiorum genere & arborum instructa, post strenuam defensionē ab Equitibus Jerosolimitanis præstitam amittere coacti sunt, superstate uno Castello, quod antequam caderet per obsidionem undiq; paratā, Equites Jerosolimitani capitulationes Turcis dederunt, cum hac pactione quod reddidissent sponte supradictum Castellū si libertatem tribuerent, asportandū omnia, quæ ibidem coacta fuerunt & navi ingentis magnitudinis impositi cum omnibus suis rebus ad Melitam Insulam confugerunt, in qua nunc degunt,
& Rex

& Rex Hispaniæ lubens concessit illis dictam Insulam, quæ prius fuerat feudum ad coronā Hispaniæ pertinens; hujusmodi Insula Melitensis progressu temporis est adeò munita, ut nunc Turcæ non audeant obsidionem machinari, sicut antea fecerunt in duobus locis. Verum tamen est, quod multis abhinc annis ducentæ naves sub vexillis Turcicis voluerunt tentare expugnationem, & victoria prosperè illis cessisset, nisi una triremis omnibus bellicis præparatorijs instructissima, ex Sicilia Regno appulisset, & recurrente festo Sancti PAPÆ Pij quinti, contigit profligare hanc classem, quæ metum & terrorē attulerat.

§. XII.

Opratus tandem ventus favorabilis & secundus nobis obtigit; qui viam prosperam nobis stravit, ut Ægyptum terremus, ejus primam Urbem Alexandriam viginti quatuor dierum spatiō circumvagantes per diversas maris altitudines tandem attigimus; & sic alteram tertiam mundi partem Africam præcipuā aspeximus. Non possum satis enarrare tædiæ & nauseas navigationis hujusmodi, additā in urbanitate Capitanei navis, qui asperus nō benevolus mihi fuit in multis rebus, quas hic prudētiae causâ omitto, ne viderer livore aliquo duci adversus illum, cui & alijs, qui me læserūt propter amorem CHRISTI Domini jam peperi & sum paratus parcere si occasio fuerit, ut ego eorum injurias deglutirem peperi & nautis? & cuidam Religioso, qui in navigatione illa mihi infirmo potius, quam bonā veletitudine utendū nō admodum charitatem Christianam ferventem & benignam præbuerit.

Vix portum dictæ civitatis Alexandriæ subivimus, cum statim navis nostra certos quosdam ictus tormentorum muralium displosit, salutationēq; ab arce Urbis Alexandriæ mutuam in

numero ictuum tormetorum reportavit; ascendit statim super nostram navim unus Turca, qui vino à nautis ingurgitatus, rursus amore liquoris captus, ut iidem nautæ suam lagenam replerent, sed illi loco vini aquam mixtam & cum vino infuderunt quam fraudem cum Turca ebrius deprehendisset, frangere lagenam volebat, & clamoribus editis nolebat acquiescere, usq; dum in terram descendentes unus Christianus duxit nos ad Cōsulem Gallum, coram quo cōsistentes, cum oculis coniecisset idem Cōsul in Missionarium Franciscanorum, hæc verba brevissima, sed objurgatoria protulit, nimirum quod mirabatur illoc Superiores mittere Missionarios, nō valde capaces, & instructos in ministerio & Apostolorum munere, me autem cum secularem vidisset, nec malè indutum, hilari vultu me excepit, unaq; cum Missionario jussit, ut unus famulus Turca ad Convētum Patrum Franciscanorum nos duceret, in antiqua Alexandria situm, quod vix fuimus ingressi statim Pater Residens natione Italus admisit libèter, qui præter comitatem & humanitatis officia, quibus maximè pollebat, variarum linguarum cognitione etiã calebat; spatiò duarum hebdomadarum mansi in cœnobio anxius in expectanda occasione versus Europam potissimam totius Orbis terrarum partem; Alexandria titulum Urbis pulcherrimæ accepit & laudè ex qualitate situs, præsertim nova Alexandria quæ contigua mari in dies magis ac magis edificatur ad discrimen antiquæ Alexandria, quæ cœdita fuit ab Alexandro magno Rege Macedonum à littore maris aliquantum distans, cujus vetustæ civitatis vestigia exigua nunc apparent, muri tatum cum suis turribus, additis portis ejusdem Urbis antiquis, quæ fundamenta suppeditant Convētui nunc existenti, imò ante prospectum ejusdem Cōventus eminet porta, vetustate nimiam fatiscens; lignea etenim est solidò ferrò implicata, licet multa rubigine corrosa.

Jactitāt nō nulli hanc eandem portam fuisse cōstructam ab Alexandro magno, sed fides penes auctores. Propè idem cœnobiū cō-

sur-

furgunt septem columnæ marmoreæ, quæ indicium præbent ejusdem Palatii antiquissimi. In hac eadē Urbe Alexandria cernitur Græcorum monasterium Schismaticorum in optimo statu, exceptis privatis domibus, quæ nullæ sunt, tatummodo muris solo æquatis.

Vix patet aditus ad Cōventum propter istam maceriem. Extra civitatem columna magna Pompeij erigitur ex integro marmore cōstructa. Abstini exire à Convētū propter alias raritates, in causa fuit calor intemperantissimus, qui ubi vehemèter dominatur, cujus excessus eò pervenit, ut muros adeò inflamet, ut reflexione & reverberatione radiorum hominum faciem subfuscet & nigram faciat, & vix manus præ nimio calore tangere possunt lapides expositos soli. Sol ipse verticaliter capiti hominum imminet hora meridianam; & ego possum testari, cum mense Augusto Africae partes illas attigerim, noctu dieq; sudor ex toto corpore profluebat, veluti si in balneo jacuissem.

Optavi versus superiorè Ægyptum passus movere, præsertim Urbem Ecatupolim sive Grancairo. Volui inspicere, in qua urbe dum JESUS CHRISTUS parvulus versaretur ad Ægyptum profugit; ab hac Urbe peregrini omnes & alij viam suscipiunt ad montem Horeb sive Sinai, in quo corpus Sanctæ CATHARINÆ requiescit. Patriarcha Alexandrinus natione Græcus stationem assiduum habet in Urbe Cairo, cujus regimen tenet spirituale, volentesq; homines ire adsupradictum montem Sinai, sive peregrinos, sive alios obstringit ad solutionem duodecim aureorum; ille tamen satagit Camelum & hominem ductorem invenire, addito proventu tantummodò panis & aquæ frigidæ pro itinere & reditu ad præfatum montem, ubi Monachi Schismatici Græci, monasterium habent valde pulchrum, qui solis herbis & subcinericio pane vescuntur, ratio vel nunquam egrediuntur ex monasterio, sed solitudine maxima cum eorum voluptate fruuntur, die noctuq; orationibus dediti, barbam nunquam abscindunt, nulla elegantia crinium, rudi habitu abjectoq; tecti;

testi; eorum monasterium solidissimis muris compingitur, nullis portis & fenestris patentibus, quando res volunt inferius demittere ope canistri utuntur, & sic homines apertâ ad hoc fenestrâ unicâ, per quam homines & res transmittuntur. Nostri temporibus sunt constructæ scalæ angustæ, per quas vix homo aditum potest sibi facere ad sanctuarium Sanctæ CATHARINÆ.

Ratio autem potissima, & verior, quod portis & fenestris monasterium careat, est, quo Arabes incursiones assiduas facerent & quietem Monachorum turbarent, adhibitis ad terrorem eorundem Monachorû explosionibus, sclopetorû quibus enituntur eidem Arabes per fas & nefas extorquere, vel pecunias, vel quodpiam aliud à supradictis Monachis, exempli causa herbas sale & oleo conditas, panem subcinericium vineis cistis illatas demittunt, additâ pluviali aquâ, quam barbari illi æstimant, cum illius cæli temperies legè à conditore DEO Optimò Maximò sit constituta, ut rarus imber consvêtis temporibus, (sicut in Europa contingit) ibi fluat.

Ex Viva voce cujusdam Armeni nomine Gabrielis Mathæi plura alia percepi, cum idem Armenus bonus Catholicus totum penè orbem peragraverit, multiplici linguarum cognitione auctus & mirabilium rerum eventibus præditus, qui vel propriæ personæ, vel alijs contigerat; inter cætera idem Armenus mini narravit, quod cum spatiò unius anni fluxû sanguinis per secessum laboravit, cum occasio sese offerret, ad illum montem pergendi, Camello vectus cum alijs socijs quievit, & cum provisione aquæ & panis secum asportarent, cum ibidem aquæ penuria & tabernarum sit, inceperunt propriis manibus prandium non lautum, sed vix necessarium sibi parare. Arabs ille ductor & socius itineris voluit miserimo isti prandio, quod pane tantum & aqua constabat, herbas silvestres addere, quas jam attulisset, primusq; latus manderet, oborta statim fuit cupiditas ipsi Armeno easdem edendi, & inve-

invenit in illis medicamen opportunum pro morbo suo sanando, quò conflictabatur per annum integrum; & ab illo tempore adeò convaluit, ut fluxus sanguinis veluti compete ineluctabili vinculus deinceps steterit, & hujusmodi incòmodum, quod in itineribus faciendis illum mirificè angebat, perictus evanuit.

Summo gaudio perfundebar, cû ab ejusdè colloquio totus attentus pendebam, cum eundem Armenû recitantem & enumerantem singulas mundi partes Religiones urbes Insulas tum Indiarum Orientalium, tum occidentalium, in quibus præsens fuerat, audiebam, incolarum mores barbaros superstitiones, præstigias averfiones à Catholicis recensere, sed post Christianorum non paucorum immigrationem recentem factam eorundem incolarum feritas conversatione Europeanorum plagas illas petentium, aliquantis per mansuefacta est, & non adeo aspera, sed tractabilis evasit. Japonium Imperium nondum lustraverat, propè tamen fuit & hujusmodi Imperium jacet ad orientem eundemq; terminat.

Quando appellant naves venientes ab Europa excensionem faciunt in quasdam parvas Insulas exoneratis pariter mercibus. Japoniam enim rectâ, non possunt ingredi latis legibus, ne ullus extraneus in eorum Imperium admittatur sub pœna capitis. Narravit, quod unus Hispanus Sacerdos cupiebat ministerium Apostolicum obire indicto Japonico Imperio Vice-Rex Philipinarum Insularum, ut ejusdem Religiosi votis obsecundaret præcepit, ut in navim munitissimam investus pecunijsq; Regis Hispaniæ adjutus transferretur ad Insulas illas finitimas & contiguas Imperio Japonico, depositusq; in littore cujusdam parvæ Insulæ tulit casus, ut quidam Carbonarij huc forte fortuna accedentes eundem Sacerdotem invenerint, quem cum attoniti primû vidissent mirabantur diversitatè aspectûs, vestiumq; & cum alloquerentur, nec ille sermonem Carbonariorum, nec isti linguam ejusdem poterat intelligere; dictamine tamen Patriæ legis insinuante manus in illum veluti

veluti peregrinū iniecerunt, vinculisq; benè adstrictum corā eorum Imperatore adduxerunt; cumq; idem Imperator multa fuisset percontatus ab eodem Missionario, ope interpretis, coniecissetq; causam sui adventūs fuisse vnicam Religionis Christianæ disseminandæ per suum Regnum, cum ineptū eundem ad id efficiendum propter ignorātiā lingvæ Japonicæ deprehēdisset, iussit, ut in Palatio cubiculum assignaretur suppeditatā cibi copiā varij generis delicatissimi, quō cum ille parcissimè vesceretur, imò parum aut nihil degustaret, cum id eidem imperatori fuisset relatum, Imperator diversum characterem nationis & moris in illo respiciens, credidit, quod illa ciborum genera iuxta morem barbarum cocta, ideò non placerent propterea, quod hujusmodi cibus captādis non esset assuetus, ideòq; cōsultius eidem missionario providit, cum statim puellam destinasset ut serviret, eodemq; tempore cibos crudos incoctos corā illo apponere iussit, ut iuxta suum placitum præpararet & coqueret; servus autem Dei mali irritamētum & occasionem remotam cum à se vellet oravit enixè, ut locò puellæ famulum addiceret, hōc pactō se illi gratiorem rem Imperatorem effecturum.

In sinistram partem mutationem & aversionem puellæ acceperūt Japonici cives, & perinde ac si vellet cōtra Imperium aliquid machinari nec puellam nec famulum deinceps dederūt, imò in ergastulum quoddam ferreum seu caveam detruserūt, ibiq; afferebāt assuetis horis parvam stipem coctæ orizæ & liquorem aquæ frigidæ pro siti explēda, nullō cōdimētō salis vnquam prebitō, & sic non post lōgum tēpus bonus ille missionarius miserè periit, cujus mors credibile est, quod oculis Dei placuerit, & ad suam Gloriā æternam evocaverit, cum per ipsum non steterit, ut cōversio illius Imperij secuta fuerit, sed sūma malitia illorum incolarum, quibus suæ tenebræ & peccatorum catenæ placebāt, vnicum impedimētum fuit & excidium præfati missionarij, qui suò exē-

plo

plō posset docere Præcones Evāgelicos, ne ad illas plagas vnquā appellere cogitēt, nisi prius lingvam Japonicam mores & vastitatem illorum barbarorum caluerint. Sedes Imperatoris assidua Maeco vrbe præcipua & capitali destinatur, aliquādo tamen Ludo vrbs altera versus Oriētem sita domicilium Regium habet.

Insularum Philippinarum Jurisdictio ad Hispanos spectat, quarum vrbs præcipua & principalis Manila vocatur, inclytus portus maris, nomine Regis Hispaniæ vnus Satrapa Hispanus titulō honorificō vice Regis fūgitur, Sedēq; suam habet in dicta vrbe Manila. Existūt innumeræ aliæ Insulæ, quas Jdololaræ incolūt, simplices & agrestes nulla militari disciplina sūt præditi, civilis cōvictūs cognitione prorsus carēt, errore Pitagorico sunt infecti, credētes animarum rationalium transmigrationem in brutorum corpora cum alijs stolidissimis opinionibus, quas silētioprætereo; sicut alias res fusiùs narratas à præfato Gabriele Armeno, à cujus societate affabili & proficua egressum divulgus.

C A P V T I X.

§. I.



Eæ moræ in Alexādria vrbe factæ sermonem interruptum rursus resumo, in qua penuria aquæ maxima existit: excogitarūt tamen artificium quorūdā canalium per quos aqua Nili fluminis perēnis deducitur, exceptis duobus Mēfibus Decēbri & Januariō pluvia è cælo non cadit: sic etenim fert cōditio cæli ægyptiaci. Volui curiosus inspicere mausolea sive pyramides Ægypti in Hīstorijs decātatas, quas licet tēporis edacitas nūquam infatiabilis multū labefactabat & corroserit, nihilò tamen minùs ideam magnificētiæ, quæ statim oculos mortalium cō-

V. 2.

plet

plet, abolere penitus non potuit & duorum motuum faciem primo propectu efformat, oculumque; dubium relinquunt motus naturaliter constituti sint, an hominum artificio elaborati. Civitatis positio industria hominum accedente admirationem & voluptatem habitibus extraneisque; inducit.

Vniversus Aegypti districtus planicie immensa constat, ita ut mare altius appareat quam terra praeter naturam aliorum locorum, qui naturaliter sunt editiores ipso mari, addita contemplatione vel collium vel motuum seu aliarum declivitatum, quae solent saepe asurgere super elementi aquae constitutionem: Cum Alexandria otio plenus versarer intetusque; essem & nova & vetera illius Urbis decora & ornamenta inspicere, sub oculis meis venit vnus Turca, qui praemanibus crocodilum non magnum aetate tenera ostendebat & cum digitis eiusdem guttur apprehendisset ne dentibus crebris in forma serae distributis noceret, illud animal solertia naturali praeditum timens ne homo suffocaret brachiis suis brevissimis quas sicut lacertae habet, amovere manus Turcae suis faucibus admotas astutus tatabat; obstupui spectaculo huiusmodi meis oculis subiecto imo exarxi cupiditate eundem crocodilum adhuc infatentem emere, quem venalem idem Turca tenebat, sed abstinui propter veritatem fati notam eiusdem bruti, quod omni tempore ferociam a natura insitam & homini saepe noxiam conservat, praesertim cum ex minori adultus evadit, sicut talis evasisset, si ego emissem & in illa loca ad quae pergebam mecum asportassem.

Struthiones non paucos observavi, qui ferrum deglutire non timet, & in stomachum detrusum vehementiam caloris praeditum digerunt, & in hisce regionibus nascuntur. Vnum ex his voluit accipere navis Capitaneus, impositumque; navigio cum vectoribus in caveam ligneam coiectum transtulit in Europam. Affluit omni deliciarum genere urbs Alexandria comestibilia praesertim fructus pisces, galinas vilissimo pretio venduntur, & quotidianus victus

advenis

advenis gratissimus & sapidissimus contigit, cum pro eo comparando modicae pecuniae sufficiant.

§. II.

Uenit tandem dies decretus pro nostro discessu, qui fuit decimus sextus Augusti Anno 1726. in pervigilia Assumptionis B. V. M. cuius Festum solene mihi displicuit, non potuisse celebrare in dicta urbe Alexandria, sed coactus fui genio Capitanei navis volentis captare opportunam occasionem veteri prosperi navigationi multum favorabilis. Et sic ex portu solvimus bonis auspiciis a Coelo sumptis. Associata fuit nostra navis cum tribus alijs quae in itineris progressu ab oculis nostris evanuerunt, & sic Africae potissimum totius Orbis terrarum partem relinquentes Europae plagas optatas revisere concordibus animis destinavimus, bellum tamen atrocissimum & procellosum coniurantes veteri adversus nostrum cursum excitarunt, ita ut a recto itinere deflectentes, quod ars & cinosura moderari amplius non poterat ludibrium procellarum factae nostrae naves invicem dissociatae divulsaeque; per longos maris tractus nostra post multos dies huc illuc vagata Peloponesum sive Moreae Regnum in prospectum habuimus; postmodum regnum Cretense sive Cadiae ad cuius littora pariter coniurata veterum rabies amandavit.

Tranquillitas demum orta cum prosperitatem nostri itineris polliceri visa fuisset, paucis tamen interiectis horis falsa apparuit, Aquilonibus etenim rursus in aere excitatis ad pristinum certamen nostram navem fluctibus undique; agitatum provocarunt, non sine ingenti periculo naufragii, quod mare voraginibus saepe saepius disclusis minitabatur. Tandem post varias dies cursuionis veterum arbitrio nostro factas Barbariam rursus conspeximus, sed post elapsos aliquos dies cum ingenti nostro gaudio tubis vitrijs adhibitis longe objecta cernentibus Siciliae regnum celeberrimum deteximus.

Sed

Sed hic non debeo reticere obitum cujusdam adolescentis Moschovitæ, qui cum in mari essemus, cōtigit, qui cum per quindecim dies incōmodis fortassis navigationis obsessus infirmus in nostra navi decubuisset, ego cum morti proximum vidissem, charitate erga proximum accēsus laborāti illi in extremis occurri, cumq; multa præ-Christiana & præsertim infinita Jesu Christi nostri Salvatoris merita, ejus auribus quāto cum spiritu poteram viva voce edidisse, ille meis vocibus tot argumētis Christianæ Fidei exēplisq; factorum corroboratus benignam auditionem præbebat, actus fidei, spei & charitatis eliciebat, protestationes solēnes fidei sanctæ Catholicæ Romanæ à me prius recitatas cum tota pectoris cōtriti efficaciam repetebat, mysteria Incarnationis Domini & Trinum Deū cum processione Spiritūs sancti strenuus assererat, schismatis errorem prorsus elimabat, veniam suorum peccatorum à Deo enixè deprecabatur, suavissima nomina Jesus & Maria meā lingvā prolata ille cum maxima sui cordis lætitia iterūq; repetebat, vsq; dū agonizans proximior factus lingvæ vsu & ministeriō vocis paulatī fuit destitutus; tunc ego magis recreatus spe securitatis spiritualis illius animæ iam iam ad æternitatem vergētis eduxi cādelam Lauretanam, quam cum accēdissem eidem ostēdissem ille manibūs extēsis sūpsit, & rursus verbis iaculatorijs ejusdem animam excitabā ad edēda suspiria fervētissima veræ cōpūctionis, quæ planissima apparuerūt, cum antea Jesu Christi Crucifixi Imaginem ad osculāda vulnera præbuissem.

Antequam morbus gravior fieret & vocem amitteret, quā faciendam reddidit vera ejus cōversio, quæ nobis omnibus vectoribus & nautis magnam admirationem & piā invidiā ingessit, tātus enim fervor in affectu & verbis erga Deum & sanctos omnes eluxit, vt nulla dubitatio de bona ejus morte apud adstātes superesse potuerit, cādelam ab ejus manibus jam lāgvidis resūpsi, & cum observassem eūdem clausisse iam oculos propter iminētē mortem, ac-

cidit

cidit, vt in hoc eodem tēpore manus huc illuc extēderet, & veluti inquietus aliquid vellet cōrectare & arripere ministeriō oculorum in morte nutatium privatus, tūc acceptā cādelā veluti si occultum refrigerium & solatium ille petivisset, illis gestibus & manuum nutibus benedictionem in forma crucis sum impartitū cum eadem cādelā benedictā, prolatis verbis in formula faciendæ crucis adhibitis, quā benedictione vix absolutā immotus aliquātisper quievit, & placitissimus in Domino obdormivit, ejusdem cādaver in telam immisum alligatisq; duobūs globis, vt fūdum statim peteret, in mare proiecerūt, quia à terra lōgissimis interval- lis dissiūgebamur. Hoc fuit in causa, vt hōc pactō defūcto Moschovitæ funus cōponeretur, nec misimus vnā cum Capitano & vectoribus officium mortuorum pro ejus anima absolvere.

Ante tres dies priusquam decederet præfatus juvenis, cum in alto mari navigarem, in aère hūc illuc avis quædam apparuit, variō pēnarum colore, albō præsertim & ceruleo, quæ ad malī antenarūq; tum verticem tum infra cum peculiari nostra obseratione huc illuc vaga discurrebat, & veluti socia facta nostri itineris cursum navis velocissimum celer etiam ipsa prosequeretur. Variæ cōjecturæ ortæ sūt inter nos circa inopinatum aspectum hujusce volucris: Alij etenim veluti præfatum mortis futuræ illius supradicti nostri socij & cum bono omine exitus ab hac vita felicissimus prænūtiabatur. Alij verò ad nostri itineris felicitatem angurium præfatæ avis trahebāt: Non defuerūt, qui periti magis rerum naturalium & per cōsequēs literatiores dicitabāt, non esse novum aspectum hujusmodi avium in illis maribus, quæ veluti fideles incolæ remigio alarum solēt circūvolitare. Et hæc postrema consideratio mihi magis arrisit.

Conventus § III. Pismorellum

Regni Siciliae (vt antea dixi) prospectu latati eminus cadēte vespere proximiores facti, horredum spectaculum observavimus, nimirum prorūpētes flāmarum vortices ab ingēti rictu mōtis Etnae, tāto horrore nostris oculis incussō, vt calamus impar sit ad explicādum verbis hoc naturae Phenomenum. Nos iter sumētes inter Siciliam & Melitum processimus versūs mōtes Drepanēses relinquētes viam breviorē, quae potuisset captari in freto Messanēsi, sed nos lōgiorem arripimus ducti ratione maioris securitatis; dum circa haec littora versabamur Panormij praecipua vrbe Siciliae, terrae motus validissimus cum magna aedificiorum ruina hominūq; interitu cōtigit.

Propē Drepanum determinatis annitēporibūs solet institui praetiosa Coralliorum expiscatio ab innumeris cimbris, tacūdum etenim est mare illud hoc genere corraliorum, quae in diversas mūdi partes magno cum lucro piscatorum asportātur & officinae Europae cōplētur. Drepani est caenobium patrum Carmelitarum. quod Ecclesiam adjuētā habet in qua Imago B. M. Virginis sūma devotione & frequentia fidelium colitur. Hic memoriae succurrit quod deprehēdi inter Siciliae regnum & Sardiniae; oborta fuit horrida tēpesta, vt prorixa nostrae navis tota benē submersa fuerit, cum evidēti periculo naufragij superingruētibus vndis in fūdum ejusdem navis importatis vi fluctuum, quae si foramina artificio praeparata à nautis non invenissēt, vt rursus reslirēt, actum esset de salute seu incolumitate navis.

Vlterius progressi Sardiniae Insulam lōgē cōspeximus, nec procul alteram insulam Corsicā seu Cirpum appellatā, omni tēpore Herodūm altricem, qui domi forisq; vel armorum gloriā vel litterarum splēdore in praecipuis Europae Aulis, in Gallia praesertim & Venetijs extiterunt & adhuc florent.

Nuperri-

Nuperrimis diebūs audivi, quōd duo vel tres Duces facti maxima & patissima partis incolarum Regni conditiones bonae pacis acceperunt à Re-publica Genuensi interponente se Generali Vitembergio, qui nomine ejusdem Reipublicae cum paucis abhinc Mensibus copias quinque millium hominum Germanorum in dictā Insulam duxisset, propter sedādos tumultūs bellicos excitatos à supradictis Ducibus pro bono majore procurādo eidem Patriae, quā vectigalium nimio onere gravatā cōquerebātur & sublevatā esse cū optassēt duas vel tres Clades cum multa hominum caede vtrinque; facta cum militibus Germanis stipendiō donatis à Republica Genensi cōmiserūt, quae seditio seu potius belli species cum Castrorum metatione facta per trium pānē annorum spatium obstinata duravit, quae ortum habuit post dies aliquot à tempore mortis secutae BENEDICTI XIII. sūmi Pontificis, nimirum recurrente Anno 1729.

Carmelitarum § IV. Disvalceat

Post varias circumitiones marium, tandem ad celeberrimū Liburnij portum appulimus, quae Vrbs & positione sitūs & aedificiorum ornamentō & Civium frequentia est celebris, praesertim mercatorum extraneorum, qui illuc cōveniūt negotiorum causa cum navibus optimis mercibus onustis. Spatiō quadraginta dierum & quadraginta noctium absoluta fuit navigatio nostra numerādo ab vltimis diebus Septembris cū ab Aegypto solvimus Anno 1726. & feliciter ad Europam Dominā Mundi appulimus. Non ultra medij milliarij spatium cōstitimꝰ prope Liburnum projicientes anchoram in mare, excepimusq; salutationes tormentorum trica explosione factas, atq; ibi māsimus vsq; dum Quarandena (vt appellant) duravit, cum duodecim dies super navim nostram cum severa prohibitione descensionis in terrā integros dies traduxissemus adhibitis omnibus diligentijs & formulis

X

pro

pro ostensione nostrorum scriptorum seu attestarionum indicantiū discessum nostræ navis ab omnibus portibus seu Regnorum, seu Insularum, omniumq; Urbium, in quibus fuimus, præsertim Alexandria in Ægypto, in qua pestis fuerat, quæ cum ad Turcarum ditionem spectat, apud Europam omnes naves quæ ex hoc portu vel alijs Turcarum regionibus perveniunt suspitione pestis non carent contumatione. Hoc tempore venerant & naves illæ quæ nobiscum discesserant ab Alexandria, quæ & Quarandenam five Contuncationem incipere ipsæ debuerunt propter rationem superius indicatam. nimirum publicæ salutis tuendæ, cui aliquando nocuit negligentia hominum, qui portibus præsent, non arcen-tes navigia infecta contagiō in peregrinis terris propter æris insalubritatem contractō.

Triremes tres hoc tempore Pontificis Libernensem portum sūt ingressæ, salutationibus antea & post crebro factis cum ingēti tormentorum boatu ex Gallia quo iverant Pontificis jussus causā adve-ctæ, petituræ postmodum portum Centumcellarum, in quo stationem suam fixam tenent. Dum in Lazareto extra portum Liburni manebam ratione contumaciæ præscriptæ navigijs ex longinquis littoribus venientibus, quædam Judæa quæ fuerat in Ægypto ad Maritum quærendum & hæc erat Liburnensis, sed illi non contigit fors fausta vt eundem reperiret quem cōtradictis nuptijs jūgere sibi cupiebat, licet divitijs afflueret, tamen in illa fuit detectus quidam defectus notabilis, qui versabatur in omnimoda salivæ carentia, & ex hoc nonnullus arguebat, quod illa esset ex proge-nie Judæorum eorundem, qui in faciem Christi Domini expuerūt.

Casus similis cōtigit in puella Judæa Veneta, quam cum vni juveni hebræo vellent dare, ille juvenis sponsus futurus detractabat illam accipere propter defectum superius cōmemoratum, nimirum privationis seu siccitatis salivæ, vt experientia ostendit coram parentibus, ille etenim cum fuisset deprecatus vt dicta puella expueret

expueret, nullo modo potuit licet conaretur, tunc mutatō cōsiliō in melius, factus fuit Christianus & Judæismum vilissimum statum reliquit. Post absolutam dierum mēsuram in Quarandena ex-plēda requisitam, tādē nobis permīssa fuit excēssio in terram, liberaq; ambulatio à Capitaneo portūs per omnem urbem fuit nobis cōcessa non prohibitō personarum alloquiō, sicuti interdicebatur quādo in Lazareto cōsveta statione assignata pro navibus lōgē veniētibus detinebamur. Gratam speciem nostris oculis induxit aspectus & ingressus urbis Liburnij munitissimæ propter fossas & Isthmum maris interfluētē additis propugnaculis fortissimis, in quibus crebra series tormētorum muralium per ordinem disposita securitatem urbi pollicetur in ea parte, in qua triremes magni Ducis Etruriæ sedem tutissimam tenēt,

Patet platea in qua statua marmorea Ferdinādi M. Ducis rectā cernitur; cujus Bassi seu fulero quatuor captivi Turcæ alligātur ære fusili cōflata ab excellētissimo artifice, quorum Historia sic enūtiatur: Quod Pater lumine Astrologiæ naturalis afflatus proprijs filijs qui cum ipso navigabāt prædixit imminētē captivitātē tum sibi tum natis veniētē à potestate Catholica Romana expressa in persona Celsissimi magni Ducis Etruriæ, qui suis triremib9 obviam habēs navem istam Turcicam strenuè fuit aggressus, subactam in suam potestatem redegit, sicq; captivi iuxta vaticinium ab astrorum observatione desūptum evaserūt.

Supersedeo ab enarrādis dictæ urbis prærogativis & dotibus; quæ & in domorum structura, viarum amplitudine & platearū extensione elucet, additā magnificentiā Palatiorum & Monasteriorum, relictis innumeris officinis omni genere mercemoniorū repletis. Tūc mihi cōtigit videre exercitia militaria non cōmuniter sicut alibi solent peragi, sed rarō modō & quasi verō pugnandi genere, præsertim in iaciēdis pilis, quas vocāt granatas pyrio pulvere repletis ex carta tamē elaboratis, quæ ignem cō-

cipientes huc & illuc vibratæ mirum spectaculum aspicientium oculis formabât; omiffis alijs cõcertationibus, ensibus eductis & cursum equorum cum lanceis cõtinatis quasi verum & vivum bellum repræsētantes. Oblitus sum mētionem facere loci propè Lazaretum, in quo Divus Augustinus occupatus in meditatione mysterij sanctissimæ Trinitatis puerum ambulātem propè littora maris vidit, qui cū cochleari aquam desumebat ex mari, eandem in vnam parvam fossam infundebat, quem cum divus Augustinus interrogasset quid ageret, paratum illi respõsum dedit, nimirum quod totum illud mare volebat exhaurire & in illam scopem factam includere, reposuit tunc Augustinus: *Impossibilem rem tentas & perperam conaris*; Subiunxit statim infans: *Tu quoq; rem arduam & impossibilem moliris cum Trinitatis Sanctissimæ mysterium intelligere & comprehendere laboras*: Jisq; verbis prolatis ab ejus oculis evanuit.

Post tres hebdomadas Liburni traductas apud Convētum P. P. Franciscanorum cū nactus fuisset occasionem cujusdam nauigij Genuensis tendētis versus illas partes navigationi rursus me cõmissi, sed insurgēte cõtrariō ventō redire in portum Liburni coacti fuimus & mutato cõsiliō per terram Romam petere decrevi, primumq; ad mōtem nigrum appellatum volui pergere, in quo imago DEI PARÆ colitur frequētibus miraculis clara, quæ ab Angelis ex Insulis Naupacto delata dicitur in mari Archipelago sita, à Patribus Theatinis modò custoditur Sanctuarium hujusmodi, quod circiter quatuor milliaria ab vrbe Liburno distat; fertur, quod Turcæ vnavice huc appulerūt navigijs subvecti volētēsq; huc accedere pro captivis faciēdis hominibus in magna frequētia coactis ad hanc Ecclesiam solēni die; Factum est divinitus, vt Turcæ illi improvisa caligine oculis suffusis nullum hominem potuerunt cernere, nec vllum hominem in captivitatē ducere. Hujus Dei-paræ Altari advolutus, gratias quantum potui ferventissimas egi

pro

pro incolumitate mei reditūs in Europam tot periculis defunctus, ex quorum me faucibus patrocinium validissimum B. M. Virginis eripuit, eidēq; grati animi vices præstiti: Habui etenim ibidem cõfessionem sacramq; Sinaxim sumpsit. Ulterius progrediens multa milliaria pedibus devotionis gratia confeci, cumq; nox suis tenebris me cõprehendisset, adverti statim errorem viæ, in quam incideram & sublata facie Solis splēdidissima à meis oculis propter noctem jam jam adultam trepidare incepti nescius quo fugerem, cum ubiq; tantum silvæ colles & solitudo ipsa occurreret. Deus tandem fecit, vt quidam homo ex nemore egrediens obvias mihi veniret, quem cum interrogassem si quæ domus vel hospitium circa loca illa vicinum adesset; Reposuit ille, quod nullum tectum nec domus inveniebatur, me tamen sūma charitate deduxit ad suum tugurium in eadem silva, ibiq; noctem transegi vna cum alijs pastoribus illuc admissis, qui primo aspectu latrones mihi sunt visi, sed postmodum deprehendi fuisse homines, qui certatim rusticos cibos sed sapidissimos mihi abundē præbuerunt, nimirum caseum recentem, lac & butyrum, macaronēsq;.

§. V.

Die exurgente surrexi, & gratijs viris illis sincerissimè actis pro hospitalitate ijsdem pariter viam rectam monstrantibus versus mare iter suscepti & perveni ad vnum locum in quo ferri-fodinæ sunt, & non longè alter locus est, in quo civitas extitisse dicitur aquis submersa extantibus adhuc muris in fundo & lapidum multa agerie. Hic Neapolitana cymba opportuna aderat, quam cum statim ascendissem reliquim oram illam maris, in qua turris erat munita aliquo præsidij genere, ad ejusq; custodiam destinato Castellano, & duobus interiectis diebus ad portum sancti Stephani sub monte Argentuto invenim9

Arcem

Arcem pariter munitissimam. Postea Orbetello appulimus civitatem non valde magnam in medio mari sitam, spectans ad Imperatorem ibiq; excubiæ militum Germanorum præsidium habeat, hæc vrbs elapsis temporibus à Turcis obsessâ fuerat, sed inexpugnabilis extitit. In ambitu ejusdem civitatis existebant arva demissa veluti valles, quæ cum Turcæ conati fuissent superfusa aqua inundare & obruere excavatâ ad hoc vnâ altissimâ fossâ in quam deriuabant, vanus fuit eorum conatus. Propè littus maris est aliud oppidum, quod vocatur portus Herculis, tria propugnacula habens in sùmitate mōis sita; quæ ad Dominium pariter Cæsaris spectat. Difficile mihi fuit hospitium quærere in hoc loco Porterculo sive herculeo, præsertim pro nocte obeunda; Deus tamen excitavit cor pientissimum cuiusdam Pharmacopolæ, qui vrbæ ad suam domum me duxit, tanquam peregrinum appositis abundè cibis & per duos dies voluit, vt ego apud ipsū manerem sine impendio crumenæ, in schola pietatis valde erat instructus & factis illius verba in mutuis sermonibus, quos ad invicem ferebamus indicabant timorem Dei verum, qui in ejusdem anima velut hospes assiduus degebat.

Habui pariter multa vrbæ specimina ab vno Officiario, qui nomine Majoris insignitur: Iste pariter vnâ vice cum in Ecclesia me peregrinum vidisset, ad propriam domum invitavit, ibiq; laurè tractatus prandium habui, ostenditq; mihi postea multiplices reliquias, quas in cubiculo suo multa cum devotione asservabat; Præcipuus militiæ Dux sub id tempus pervenit, qui pariter benignè me salutavit, eidemq; obsequia mea reddidi. Viaticò demum vario nimirum ciborum genere instructus à præfato Pharmacopola viæ me tradidi, associatus cum vno famulo per duo miliaria, quæ dimisi nè vltius progrediretur. In hoc meo itinere occurrebāt aliquæ civitates dirutæ vt fertur Frederico Ænobarba, hoste infestissimo ditioni Pontificiæ. Multis miliaribus cōvectis ingressus
nemus

nemus opacum densis arboribus, statimq; vnum hominem obviâ habui, à quo cum sciscitatus fuisset de vero tramite, ille vt meis votis satisfaceret, retrò secum me duxit ad suum tugurium straminibus palearibus coopertum, sub cuius tecto triginta & plus homines cubabant accenso igne ingenti in medio tugurio ad se calefaciendos, Director istorum hominum iussit, vt lagena vini mihi apponeretur cum pane & caseo, & sic totam noctem humi cubans transegi, maneq; facto surrexerunt ij homines pleriq; campum petentes, aliqui non abierunt; Ego interim meas res cōponens salutatis benigne hospitibus Cornetum exiguam civitatem adiui, vbi ego steti in vna caupona extra civitatem, prospectus & positio hujuscè parvæ vrbis in ditissimo monte positæ cum respiciat mare subjectum oculis aspicientium maximè placet. Ad Cētūcellas postmodum passus direxi, ibiq; manens per aliquot dies quietem habui.

§. VI.

TAndem Romam perrexi, ingressusq; primis diebus Decembris Anno 1726. animumq; gratum revocavi erga Deum Optimum Maximum, qui Divinâ suâ miseratione à tot periculis in terra mariq; præservavit, templumq; divi Apollinaris subivi, in quo est sacellum Dei paræ cōsecratum, in quod vix pedem intuli, cum tacitus *Te Deum laudamus* cantavi, expiatâq; animâ à peccatis panem Eucharisticum sumpsi, cui Dei paræ seu imagini miraculis claræ ante meum iter vitam meam animamq; cōmendaveram, & postea redux factus totam vrbem Romanam lætitiâ exultantem propter Canonisationem novam octo servorum Dei in Cathalogo Sanctorum descriptorum à BENEDICTO XIII. sūmo Pōtifice solēniter indicatam cum omnibus ceremonijs ritè præscriptis. Nomina in albo Beatorum descripta erant: Beati Stanislai Kostka, B. Alosij Gonzaga, B. Joānis à Cruce

Cruce, B. Jacobi de Marca, B. Agnetis montis Policiani, Beati Francisci Solani, & Terribij Episcopi, B. Pelegrini Laciofi. Volui interesse Processioni istorum Sanctorum, quæ his Cerimonijs peragebatur: Clerus sæcularis vnà cum Religiosis variorum Ordinum in latissimam plateam divi Petri convenit, dispensatis candelis accensis omnibus istis, postmodum Cardinalibus & Episcopis, ego quoq; huic Processioni interfui candelamq; accensam habui, & post Pontificem, instituto ordine Ecclesiam ingressa fuit processio cum delatione summi Pontificis in sella Pontificia super humeros hominum holoserico habitu indutorum, qui statim ac ad Solium pervenit, Cardinales & Præsules statim ad adorationem perrexerunt. Tunc temporis Musici Capellæ Pontificiæ Tertiã cantarunt: Idem vnus Cardinalis instantiam interponit pro Canonisatione illorum Sanctorum proponendi, cui Secretarius Breuium respondet; Chorus postmodum in forma Cantus Litanias pronuntiat & prædictus Cardinalis secundam instantiam facit; postea ipse Sanctissimus Papa Hymnum *Veni Creator Spiritus* incipit, quò absolutò idem Cardinalis tertiam demum instantiam repetit, & tunc ipse Pontifex Decretum Canonisationis enuntiat, altaq; voce solènter *Te Deum laudamus* canitur additurq; Oratio novorum Sanctorum adscriptorum, quã finitã statim omnium campanarum Urbis sonitus reboat cum explosione omniũ tormentorũ muralium Arcis sancti Angeli.

Post hæc Papa Altare petit, Introitum Missæ exorditur, & in recitando *Confiteor* post verba *Sanctis Apostolis Petro & Paulo* addit: atq; *Beatis* Nomine novorum Sanctorum memorato, Missamq; profequitur iuxta Classẽ vel Martyrum vel Confessorum vel Virginum in quam novi Sancti reponuntur, addita tamen oratione propria. Missa celebratur eadem solèntate, quã pro Coronatione Pontificis, cum hoc tamen discrimine, quod Offertorium sedente Pontifice in Throno Cardinalis Diaconus aut alius Cardinalis Episcopus

Episcopus assistens pergit ad Thronum duosq; magnos panes præsentat, unum cadum Vini exiguum, tres cereos, par turturum & aliquot aviculas in aliquibus canistris argento illitis, quibus plerisq; libertatem concedunt; absoluta Missa Cardinales deponunt paramenta alba, resumuntq; rubras cappas & Pontificem ad paramentorum cubiculum concitantur, demum proprias domos repetunt.

§. VII.

Pretium duxi aliquid annectere de ritibus & ceremonijs, quæ adhibentur in Sanctorum Canonisatione ad intelligentiam eorum, qui hanc meam peregrinationem legent. Elapsis sæculis sancta Romana Ecclesia Catholica non solebat in Catalogum Sanctorum referre nisi sanctos Martyres, sed temporis progressu fuerunt adscripti in hunc numerum etiam illi viri piissimi, qui assiduis poenitentijs macerati & charitate fervida accensi erga DEUM & proximum in bona fama sanctitatis obiverunt, exempli causa Sancti Pontifices Confessores & Virgines. Clerus & populus auctoritate proprii Episcopi antiquis sanctos eos pronuntiabat, in quos bene caderet decus sanctitatis attentã illibatã vitã transactã, sed cum abusus non pauci ab hac pia libertate irrepsissent, deinceps optimò consiliò decretum fuit, ut auctoritas declarandi sanctos post severissimum & longissimum examen antea habitum ad summum Pontificem spectaret, hancq; ordinationem sanctus LEO III. primus ad praxim reduxit, qui in numerum retulit Sanctum Vibertum circiter circa annum octingentesimum.

Post igitur absoluta examina processus testimonia & iudicatas scripturas, pro promotione unius servi DEI super Altaria venerandi, summus Pontifex quatuor consistoria, duo prima secreta, tertium publicum & quartum semipublicum tenet. In primo sua sanctitas instantiæ respondet præsentato nomine Principis Reipublicæ

blicæ, sivè Communitatis & cõmittit tribus Auditoribus Rotæ, ut attentè diligenterq; revideant processum, relationemq; suæ sanctitati faciant; rursusq; Pontifex eundem processum subjicit oculis trium Cardinalium. In secundo consistorio Cardinales Pontifici protestantur, quod processum summa cum diligentia reviderunt, probationesq; sanctitatis illius servi DEI firmissimas esse asserunt, in tertio consistorio, quod est publicum & fit in Aula Regia, dum Cardinales obedientiam exhibent, advocatus consistorialis Panegyricum latinum recitat de vita & miraculis illius servi DEI, qui sanctus debet renütari. In quarto cõsistorio semipublico, quod cogitur in Aula Ducali, cui Papa intervenit cū simplici Mithra, & Cardinales non exhibent ut antea obedientiam, vix prolato: *extra omnes*; unusquisq; discedit exceptis Patriarchis, Archi-Episcopis, Episcopis, Auditoribus Rotæ, Proto-Notariis Apostolicis participantibus, qui remanent cum Cardinalibus. Pontifex à singulis exquirat suam sententiam in scriptis & cum vota videt conformia pro canonizatione, Pontifex ipse pronuntiat, jubetq; ut decretum extradant, indicitq; diem in quo fieri debet, qui cum advenerit statim Basilica Divi PETRI ingenti & pretioso apparatu adornatur additis ornamentis, in quibus eximio artificio expressa cernuntur stemmata Pontificis declarantis, vel Regis vel Principis, qui instantia istius Canonisationis & præcipuè arcus Capellarum Divi PETRI magnificis trophæis contexti apparent, ex quibus Imagines exprimentes miracula colorum varietate miracula omnia novi sancti pendent, diversis Lampadibus candelarum, accensarum interpolatis toto ambitu Basilicæ superius propè fornecem mille & plus facibus cereis coruscante, cum Throno Pontificio pretiosa suppellectile mirabiliter ornato.

Ardenter optavi osculari pedes summi Pontificis atq; idcirco Vaticanum adivi pro audientia impetranda, quam cum libente Magister Camerae concessisset, introductus fui coram eodem sum-

mo Pontifice, cujus pedibus advolutus characterem meæ personæ detexi, ad illius memoriam revocavi benedictionem impartitam mihi annò præteritò, cùm peregrinationem Jerosolimitanam perficere sum aggressus; vix Sanctissimus Papa prima mea verba auditur staturamq; observavit, statim hilari vultu me aspexit, benignusq; audivit narrationem mei itineris breviter illi factam, nec defui in innuenda facilitate acquisitionis Terræ sanctæ, qua promote & excitante eodem Pontifice potuisset feliciter perfici, si per modum crucialæ gloriosum istud facinus aggredere ipse summus Pontifex conjunctus cum auxilijs validissimis omnium Principum Christianorum, ad quos pertinet cura liberationis Terræ Sanctæ à manibus infidelium; pronis auribus excepit meum pium consilium, laudavitq; multis, hortatusq; est me ad Cardinales ire, illisq; pandere propositum pium, Zelumq; meum pro reparatione locorum sanctorum faciendâ asserendâq; in libertatem Catholicorû Regione Palestinæ cunabulis CHRISTI Salvatoris inclitæ, ejusq; passione & crucifixione usq; ad consumationem sæculi gloriosissimæ; Interim ipse Pontifex multis beneficijs me cumulavit tum spiritualibus Thesuros indulgentiarum largiendo additis reliquijs & Agnus DEI numero ingenti, tum beneficijs temporalibus pecunijs expensas mei itineris, & moram Romæ honestè sublevando; hoc contigit, primis diebus Januarij Mensis currentis Anni 1727. usq; ad Mensẽ Martij, cujus postremis diebus Beneventum ire Pontifex, cùm destinasset, ego prosequi ejusdem iter cogitavi, & cum primam mansionem idem Pontifex in exordio sui itineris in Albano statuisset, ego quoq; permanfi.

Inno hic, quod quando idem Pontifex Albanum est ingressus, copiosa multitudo populi cum Clero eidẽ occurrit & sequenti mane summo idem Pontifex iter arripuit, eo, ubi Pontificiæ triremes suum adventum expectabant. In hoc Castello id est Neptoni Pontifex pernoctavit & diluculo jussit, ut eadem triremes propè

littora semper navigarent, eundemq; Pontificem terrestre iter cō-
 ficientē comitarētur, finitoq; die ingruente nocte idē Pontifex ho-
 spitatus est in una domo propè mare, in qua spatio duarum no-
 ctium & unius diei permāsit, fideliterq; triremes suum iter custo-
 diebant, propter metum, ne Turcæ certiores facti in Algerio Ci-
 vitate, de illius transitu potuissent nancisci occasionem, veluti
 prædones maris captivum faciendi eundem Pontificem: & metus
 non fuit irritus, nam post paucos dies, post discessum ulterius
 factum ejusdem Pontificis pyratica navigia Turcarum appulerunt
 ad Oras Romanas, præsertim ad arcem Sanctæ Felicitatis ibiq; ex-
 censione nocturno tempore facta gentes incolasq; triginta duos
 utriusq; sexûs captivos fecerunt, impositosq; in sua navigia Algi-
 dum detulerunt, quæ postmodum paucis elapsis mensibus ære
 Pontificio fuerunt redemptæ; vix confinia ditionis Pontificiæ ex-
 cessit, cum unam Capellam subivit Eremitorei jure possessam, ibiq;
 cum Sacrum peregisset Sanctissimum SACRAMENTUM deferri
 præcepit per totum iter Beneventum usq; prælucentibus accensis
 quatuor fanatibus in cristallino orbe, ne periculum esset
 extinguendi inclusis, ferente Sacram Eucharistiam uno Capellano
 Pontificio, equo subvecto: Progressu itineris Pontifex tandem co-
 piose, comitatus Aulicorum & Helvetiorum numero aliorumq;
 hominum portam Regni Neapolitani attingit, cum Vice-Regem
 Neapolitanum expectantem penes dictum ostium invenit, qui
 vix Pontificis currum apparentem vidit, cum statim provolurus
 pedibus, & eidem manum Pontifex in curru sedens præbuit ad
 osculandum, nomineq; Imperatoris Caroli VI. feliciter regnantis
 obsequia detulit, Pontifex ne longiorem moram suo itineri impo-
 neret, descendere è curru suo non benè judicavit, licet tabernaculū
 sericeis rubrisq; velis fuisset contectum præparatumq; ab eodem
 Vice-Rege, ad excipiendum eundem Pontificem. Vice Regis
 alloquium hac de causa voluit habere in proprio curru, quod ad
 duos

duos quadrantes & plus protractum est; Tunc temporis Vice-
 Regis Titulum nobilissimum gerebat Eminentissimus Dominus
 Cardinalis Altan, pietate eximia & multis nominibus commenda-
 tissimus erga egenos præsertim amantissimus, qui postquam Pon-
 tifex abivit, præmisit multas legiones militum, aliasq; retro sub-
 sequentes destinavit. Ipse interim Cardinalis celerius iter ejus-
 dem Pontificis antevertit, Fundumq; civitatem perrexit ibiq; lau-
 tum convivium pro Pontifice & ejus Aula præparare jussit, postea-
 quam idem Vice-Rex Eminentissimus hæc ordinavit Capuam
 perijt.

Præmoneo hic me oblivionis causa omisisse, Pontificis transitum
 prope Casertam Principatum, spectantem ad nobilissimam fami-
 liam Gaeranam, cujus Princeps adhuc superstes virtutes omnes
 in se complectitur, & in occursum Pontificis magnificus adeo extitit,
 ut majorem gloriam erga summos Pontifices liberalissimorum
 superaverit: tanta etenim fuit copia liquorum & munerum, quibus
 eundem Pontificem, Præsulesq; omnes qui eum comitabantur,
 exceperit. In civitate Fundi Papa transegit noctem in Con-
 ventu Patrum Dominicanorum; Postmodum discedens, cum
 quemdam montem trajicere & superare deberet, cōmiseratione du-
 ctus erga bajulos fellarios palefrenierios, qui lecticam Pontificiam
 deferebant, ne laborem gravissimum adderet propter ascensum ar-
 duum montis, præcepit, ut sibi equus afferretur, quem cum inscen-
 dere voluisset, auxiliare manū præbuerunt Præsules & Camerarij,
 Pontificij ille vero licet annorum senio gravatus alacris equum ascē-
 dit, recusavitq; auxilium à Præsulibus exhibitum; quæ res spe-
 ctantibus admirationem ingessit, cum vidissent senem Pontificem
 equum ascendentem inperturbatō animo, sinè fulcro aut manu au-
 xiliante; Castellum quoddam seu oppidum pervenit prope littora-
 maris jacens, in quo omnia necessaria pro Pontifice & Aula erant
 parata: ad alterum locum venit, ubi pauca domus una & Palatium,
 in

in quo prandium appositum pro eodem Pontifice universisq; eundem comitantibus. Vix cum essent asperæ vigilantia providente planiores sunt factæ, pontesq; rupti fractiq; in meliorem formam sunt redacti, propter transitum ejusdem Pontificis: inscriptiones milliaria denotantes in vijs per quas Pontifex ibat exarata in saxis erectis erant. Vice Regis jussu ordinata fuit complanatio per medietatem montis, ut faciliorem aditum trajetui Pontificis suppeditaret. Idem Vice Rex id est laudatus Eminentissimus Cardinalis Altan Capuæ sumptuosissimum & Pontifice dignum convivium præparavit adductis pariter multis militum legionibus, cum prohibitione tamen ne ullum ictum ex sclopetis emitterent & tormenta bellica etiam filerent; moderatio etenim Pontificis id optaverat, & obsecundare eidem, utpote summo Principi, omnes rationes naturales & politicæ dictabant.

§. IX.

Jmmensi operis esset describere hic frequentiam populi Rusticorumq; plurimorum, qui fama adventus Pontificis propriis sedibus exciti certatim accurrebant, ut Benedictionis Pontificiæ efficerentur participes, cum idem summus Pontifex à sinistris suscepisset viam versus Beneventum; ego à dextris Neapolim cogitavi adire, ibiq; per aliquot dies subsistens, Ecclesias & præcipuè Cathedralē visitavi, Templumq; Sancti Cajetani & Sancti Andreæ Avellini, quorum corpora condita sunt, in Ecclesia Divi PETRI; cum antea corpora Sanctorum Januarij coluerim majore celeritate, quâ potui lustravi totam Urbem Neapolim, ædificiorum Templorumq; magnificentiam admiratus, vias latas, plateas amplas, & Theatra conspexi cum portu navium capacissimo, præter multitudinem populi concursumq; gentium vias & compita undiq; opplentium. Tandem Benevêtum perveni, attuliq; litteras cõmendatitias Patribus Jesuitis ibi degentibus, qui non destiterunt,

runt, cõmendare meam personam apud Præsules Pontificios, & eidem Papæ intimos cubicularios.

Indefessus fuerat Pontifex omnibus diebus omnes Ecclesias visitare cum magno fervore & ædificatione spiritali universi Cleri & populi. Ecclesiã Cathedralē frequentabat, in qua missam solemnem aliasq; ceremonias habebat, præsertim hebdomada sancta, Prophetias lamentationesque jubebat, ut canerentur, Processiones, Liturgias præscriptas instituebat, Baptismum administrabat, Sacrum Chrisma conficiebat & sacrum eloquium non omittebat, præsertim recurrente quolibet Sabbatho Divæ MARIÆ ROSARIJ consecrato, magno accurrente populi concursu, cujus frequentia vix Ecclesia licet ampla sufficiebat; cum suggestum quodam die ascendisset sermonemq; de devotione DEI-Paræ Sanctissimæ ROSARIJ vellet incipere, cum lachrymantem populus aspexisset, tantus ejusdem populi fuit tumultus, singultus & flectus, ut debuerit ex eodem pulpito descendere absq; intentione proposita edisserendi de laudibus & miraculis Sanctissimæ Virginis ROSARIJ, dum descendebat de pulpito aliqui devotionis fervore vestes, & fimbrias vestium accipiebant osculabanturq; veluti reliquias cum magno fastidio ejusdem Pontificis. Non in Urbe tantum, sed extra Urbem charitatis plenissima signa ostendebat, & ubiq; acclamabatur. Eremitoria omnia voluit invisere, sparsa per districtum Diocesis Beneventanæ, & per cacumina montium sparsa. Congregationem voluit habere Eremitarum, quibus unum Superiorem assignavit, Eremitis monita saluberrima suggestit, vestesq; novas omnibus Eremitis fuit largitus præter liberales alias donationes, elemosinæ titulo factas jisdem sive parvis Ecclesiis, quas ijdem Eremitæ in custodia habebant.

Altaria innumera & Ecclesias hoc tẽpore cõsecravit, multa Monasteria erexit, jussitq; Eremitoria cõstrui. Templũ Divo PHILIPPO NERIO dedicavit, peracta postmodũ consecratione, quod

quod Patribus Cruciferis addixit; accidit post cōsecrationē Pater Cōgregationis Sancti PHILIPPI NERIj calicem adtulit flexis genibus coram Pontifice, donaq; dabat, cui Papa exprobravit, tarditatem, cur prius non adventasset, antequam Cruciferis Ecclesiæ jus & possessionē tradidisset; majore etenim genio ferebatur Pontifex erga congregationem Divi PHILIPPI NERIj propter insigne miraculum, quod idē Pontifex in propria persona fuerat expertus tempore terræ motus, qui Beneventum multis abhinc annis afflixerat, concusseratq;, quod hoc modo narratur, cū terror ejusdem terræ motus civium omniū animos occupasset, fugamq; extra Urbem eaperent, Pontifex, qui tunc temporis erat Archi-Episcopus Beneventanus & Cardinalis miratus defuga illorū, secessit in cubiculum, in quo pendeat Imago Divi PHILIPPI NERIj & cum hoc medio tempore concussio altera supervenisset, Palatium Episcopale dejecit cum magna hominum strage, dirutis alijs ædificijs per Urbem, Jacuit sub saxorū macerie idem Archi-Episcopus spatiō unius diei cum dimidio vivus & illesus, iadeq; extractus hanc suā incolumitatem liberationēq; attento periculo ab intercessione Divi PHILIPPI NERIj agnovit votumq; fecit pergendi Neapolim ad Ecclesiam Divi PHILIPPI NERIj, persolvitq; votum pedestri itinere,

§. X.

Dum Papa evasit succēsus amore & Zelo Patriæ Pastoralis sollicitudinis omnibus diebus peregrinis illac transeūtib; pedes lavare voluit, cūq; unus Præsul suppetias vellet ferre pro aqua effundēda, quam adhibuerat in pediluvio peregrinis faciēda, recusavit; solusq; humilitatis gratia vas magnum ligneum aquā lutulētā plenū exhaurire cupiebat. Subsequentibus diebus multi nobiles Neapolitani venerunt coram Pōtifice flexis genibus & interpellarūt ab eodem Papa, ut sineret

permitteretq;

permitteretq; illis, ut etiam peregrinis pedes possent abluere; quibus reposuit idem Pontifex, quod illum diē sibi elegerat pro se, ad opus istud Apostolicū perficiendū, alios verò dies liberos illis relinquebat, ut erga eosdē peregrinos hoc pietatis & humilitatis officium præstarent in ablutione pedum, exequēdum; dū ego fuisset præsens huic spectaculo humilitatis Pōtificiæ verè mirādo, ego scamnum altum ascendi veluti peregrinus, positus in ordine aliorū pariter peregrinorū: cū Papa versus nos accessisset incepit ablutionē à sacerdote, primo sedēte, quem cū interrogasset idē Pōtifex cujus Diœcesis esset, reposuit ille statim, edixitq; nomē ejusdē Diœcesis, tunc subjecit Papa: *tuis Episcopus noluit acceptare Concilium Tridentinum*, ipsiq; interim pedes abluit; venit ad alterum Sacerdotē in secūdo gradu positū, pariterq; ab illo sciscitatus est, *cujus Diœcesis* audito nomine laudavit Episcopū suū; quod acceptatione ejusdem Concilij nō fuerit refragatus, tandē ad me accessit, interrogationēq; instituit, utrum essem Sacerdos nec nō cui cum respōdissem, quod hoc caractere tam Sacro sancto, non gauderē; repetit ille, ut patriam referre: ego statim oriundum me ex Polonia esse enūtiavi; quo audito Pōtifex statim inquit; Poloni sunt timorati Christiani & boni; voluit ulterius scire nomen meæ Diœcesis & protinus ejusdē interrogationi satisfeci asserens, prout veritas erat me esse Diœcesis Gnesnēsis. Non cōtētus de notitia hujusmodi percōtatus prolixius fuit, de nomine Episcopis; cūq; ego protinus illi enūtiasset, Celsissimum Principem Theodorū POTOCKI Primatem Regni Poloniæ, Archi-Episcopum Gnesnensem: agnitionē ejusdē plenissimā se jam pridem habuisse affirmavit & præconiū de sua pietate & Zelo erga Gregē texuit paucis verbis, post hæc pediluvium mihi instituit cōsuetis ceremoniis.

Contigit ut quidam peregrinus exclusus ab excubijs, incepit vociferari ex platea, statim ac Pontificem fuit intuitus ex postulavitq; ut juberet illum quoq; admitti, cui Papa fuit propitius,

Z

ut

ut ingrederetur, eumq; interrogavit, ex quo loco venisset; postea præcepit ut servato ordine peregrini introducerentur, sederentq; ad mensam epulis instructam. Locus mihi fuit assignatus quoq; mensæ accumbendi. Papa interim obibat circa mēsam & cū prope meum locū advētasset, interrogavit unde advenerim, responsumq; celeriter dedi, quod ex Terra sancta. Nec me novit primo aspectu propter immutatas vestes, quas Romæ coram illo diversas deferebam, sed Præsules indicarunt sufficienter illi meam personam beneficiis multis cumulatā, tunc temporis, cū coram ipso me Romæ sisterē. Gaudium non leve sumpsit ab ista noticia habita, incæpitq; statim libētius mihi cibos appositos scindere, pisces præsertim & alia fercula, infundebat vinū, uno verbo propter humilitatem maximā vile ministerium famulatūs præbuit illo die omnibus peregrinis. Dum Beneventi idē Pōtifex Benedictus versabatur, solebat in Palatio Episcopali cum omnibus Prælatiis & Assistētibus dato signo pulsationis geminæ, ad mēsam sive diversorium adire; accidit: ut cū ab hoc loco egrederetur obviam habuerit unū adolescētē laceris vestibus indutū, quē cum aspexisset & audivisset clamātem, jussit statim nova vestimēta illi procurare.

Quatuor temporibus adveniētibus innumeros Sacerdotes ordinavit, Clericos, Diaconos, sub Diaconos ad ordines quos optabant pariter promovit, Moniales non paucas CHRISTI sponsas induit, dotēq; annuā assignabat, si forte inopiæ causa illis deesset. Cū ego Pontificē fuisset deprecatus ut mihi quatuor ordines minores conferret, voluit ille meis votis obsecundare, præcepitq; suis Camerariis domesticis, ut me admonerent, ut quādo ipse Papa evocaret, introducerēt. Illi vero vel oblivione, vel alia de causa, quam conjicere non possum hujusmodi jussum neglexerunt; ego extra spem veluti positus obtinēdi id, quod efflagitaveram, cū viderē Ecclesiā Cathedralē populi tumultu & incredibili frequētia

oppletā

oppletam extra Urbem ad Cōventum Patrum Franciscanorum me contuli ibiq; Communionē & Confessionem habui; sed Dominica Paschali succedente idem Pontifex solemnem Missam in Cathedrali Ecclesia cantavit, qua absoluta statim sciscitatus est de mea persona, jussitq; advocare pro conferendis mihi quatuor ordinibus minoribus sicuti promiserat, cumq; me non invenirent Magister Ceremoniarum Beneventanæ Ecclesiæ, multos homines misit per Urbē, ut cōquirerēt meā personam adducerētq; corā sua Sanctitate, cumq; perperam me quævisset, cū extra fores essem, exprobravit illis, cur me nō præmonstrent, sicut ille innuerat; ego nihil aliud cogitans de his, quæ nova mihi cōtigerūt; cum audivi, post prædium, veni ad vespas solemnes in Cathedrali Ecclesia, ubi Aulici vix me aspexerūt, cum statim clamarent admirātes: ubi nā tu hætenus fuisti, quam obrem, non præstolatus fuisti, sicut Papa indixerat, ut maneres, nos reprehensionē tui causā a Pontifice habuimus; Ego hæc audiens multū indolui.

§. X I.

Interim integra hebdomada profluxit; illuxit Dominica in Albis decreta pro collatione Ordinum facienda cumq; in Aula, jam monitus summo mane stetissem, venit Capellanus Pōtificius interrogans, ubi est Polonus cumq; nos duo ejusdē nationis essemus, quidam Canonicus Polonus protinus accessit, quem Capellanus intuens, statim ait, non tu vocaris, sed ille alter, qui ibi adest. Canonicus dictus aliquō roburē suffusus egressus fuit, atq; ego cum fuisset accitus, ingressus sum Capellā, in qua perspatium unius horæ subsistēs supervenit Papa, mihiq; tantū quatuor minores Ordines contulit, voluerat & majores conferre, si ego non obstissem, ut pote carens Beneficio. Papa cum hoc audivisset jussit statim numerare mihi pecunias sufficientes,

Zz

pro

pro itinere capescendo Romam versus datis litteris etiam Eminētissimo Cardinali Datario Corradini, ut si aliquod Beneficiū in Regno Poloniæ vel in mea Diocesi vacaret, mihi cōferret utpote à sua sanctitate comēdatō.

Quando discessi ex civitate Benevēti, Neapolim adire cogitavi, sed primum ad mōtem Sanctū, qui vulgo dicitur *mons Virginis* passus direxi, ad ejusq; planū progrediens calor nō exiguus afflabat, verticē petēs ejusdē mōtis frigus persenssi nō leve; super hoc cacumen eminet Cænobiū vetustissimū Patrum Sācti BERNARDI Ordinis Cisterciēsis, in cujus Ecclesia existit Imago DEI-Paræ Virginis miraculis clara, cui Capella expolitissimis marmoribus varijsq; ornamētis decorata erigitur. Religiosi hīc degētes abstinēt se ab esu carniū & lactiniorū, positio hujusmodi Cænobij est valde eminēs & cū frigus per majorem anni Patrē ibi sæviat, lutulēto camino utūtur, æstivo tēpore etiā. Me benigne Patres exceperunt, duxerūtq; ad cubiculū exhibitaq; potione spiritūs vini, seu aquæ vitæ, adveniēte hora cænæ ad diversoriū, in quo omnes manducāt invitatus ivi, mane cōfessionem & Cōmunionem majore devotione, qua potui explevi rursus ad cubiculū fui regressus, vicarius ostēdere mihi dignatus est innumeras reliquias elaborato auro atq; argento inclusas cum alijs vasis sacris & pretiosa suppellectile. Ecclesiæ Capellā uoam inspexi, in qua disposita sunt subcellia, quæ occupāt varia Sāctorum corpora diversis modis se habētia, alia etenim stāt recta, alia jacēt, quorum aspectus albus & integer apparet. Neapolim appropinquavi eandem Urbem magnificam sum ingressus optatissimo tempore recurrentis festi Sancti Januarij Patroni ejusdē Urbis, in cujus honorem anniversaria instituitur processio solemnī per totam Urbem cum delatione ampullarum sanguinis ejusdem Martyris, & capitis, coactis omnibus ordinibus Religiosorum, qui in magno numero huic processioni interveniunt. Hac occasione deferuntur statuæ quamplurimæ

mæ solido auro & argento cōflatæ cum alijs innumeris Reliquiis aureis thecis, argenteisq; inclusis; & in media Urbe erigunt magnificū aulæis pretiosissimis contectum Tabernaculū. Illæ duæ Ampullæ cum proximæ adinvicem ponūtur, cū caput Divi Martyris Januarij admovetur, statim cōcretus sanguis in illis ampulis solvitur, ebullitq; perspicuō miraculō, & si forte fortuna, ut cōrigit sinistrum aliquid & inauspicatum propriæ Patriæ & regno imminet, cōcretus manet sanguis. Iftas ampulas volui & ego osculari, recētemq; sanguinem bulliētem cōspexi. Si mons Vesuvius, justō plus quam solebat flammās evomit, cum ingēti lapidum eructatione & strepitu tunc Neapolitani paventes cōfugiunt, ad patrociniū ejusmodi Sancti Martyris, ut flagellum illud flāmarum, quod excidium, seu sterilitatem minatur cesset. Processionē indicant ampulasq; supradictas deferunt ut suspēdatū & coerceatur Divinæ iræ punitio.

§. XII.

Supradictus mons Vesuvius est altissimū, quinque milliariibus à Neapoli distans, qui assidue eructat, evomitq; ingētes glomeratosq; turbines flāmis admixtos cum maxima lapidum & cinerū projectione, qui cineres lōgissimè per aërem sparsi ad naves usq; per mare illud perveniūt. Non longe ab hoc monte est Eremitorium, quod sæpè sapius nubibus, cinerum tegitur ejusdemq; muri luridū exterius prospectum præferunt. Cū per tres hebdomadas Neapoli substissem, postquam omnia rara ornamenta tum ædificiorū, tum Ecclesiarum, impēsarum magnificentia splendida benè lestravi, Aversam versus processit civitatem Episcopali sede conspicuā, in qua Urbe turris eminet mirabili structūra condita, cujus Ostium vicefungitur portæ civitatis. Capuam civitatem deinde perveni in qua pariter Episcopus Cardinalis

nalis sedet manibus cinctā & præsidio multorum militū Germanorū, excubias assiduas ibi facientium munitissimā. Gajetam civitatem proximè vidi, quam nō sum ingressus, ne longiorem itineris viam facerem, in hac Urbe monticulus eminet in tres partes abscissus, situs in littore maris, quem ita disruptum fuisse dicunt, quando Dominus noster JESUS CHRISTUS in Cruce positus extremum spicium emisit. In medijs hæc scissuris cōstructa est Ecclesia Sancti SALVATORIS, cui mare subiectum est, tenent hæc Ecclesiā Patres Cōgregationis Sancti PHILIPPI NERI, ulterius progressus ad quoddā parvum oppidum perveni, in quo stetit BENEDICTUS XIII. per duos dies dum Benevētum pergebat, & hic fuit excensio in terra à prædonibus infelicissimis Turcis facta ut superius commemoravi, qui triginta & plus personas captivas duxerunt.

C A P V T X.

S. I.

Romam demum consecutus fui, absoluto itinere Beneventano Basilicam Divi PETRI devotus adivi, ibiq; mea vota fervētissima Principi Apostolorum obtuli pro impetranda felicitate spirituali animæ nimirū, cum temporalem & mundanā semper neglexerim; Egressus ab hoc templō augustissimō alias Ecclesias pariter visitavi, ad Datariā demum accessi, cum interim dictus Pōtifex reditum suum subsequētib; diebus ex Beneveto fecisset, opportunā occasione quæsitā, ut me introduceret coram illo instantiā anxiam feci, & cum cubicularij Pontificij mihi utpote noto annuissent, lætus pedibus suæ sanctitatis provolutus accurri, eiq; faustum euge pro incolumitate reditū protuli. Ille hilari vultu pariter me excepit, intorogavitq; si ad Eminentissimum Cardinalem Datarium ivissem, non oblitus enim

enim fuerat supplicationis, quam ego Beneveto porrexeram aderat præsertim præfens Illustrissimus & Reverendissimus Dominus Cambarus Archiepiscopus Amasæ, & Magister Ceremoniarum solij Pontificij, lumen & ornamentum Prælatorum, in cuius animo virtutes omnes nobilissimo vinculo junctæ elucent, & inter has duæ præsertim fulgentiores coruscant, pietas nimirum & modestia. Incomparabilem bonitatem hæc silentio prætermittere nequeo, quam evidentibus signis mihi ostendit in me præsentando coram summo Pontifice verbis illis amantissimis *iste est Filius spiritualis vestre sanctitatis*. Gradus honorificus Magistri Ceremoniarum fateor, quod non exiguum apud omnes homines continebat, sed attenta contemplatione meritorum suorum id omne inferius erat proprio merito, & si DEUS Optimus Maximus longiorem vitam BENEDICTO XIII. concessisset, certo certius ad purpurā fuisset evedctus, dotes enim intellectuales & morales illius Pontificij animum præoccupaverant, sed vaticinor, quod oculus alterius Pontificis purgatissimus, cum in radios virtutum præfati Præfatis sedulus fixerit, non dubito, quin eundem sit laturus ad apicem cōspicuum purpuræ jam diu promeritæ, eodem tempore quoque dedi magnā Crucem Jerosolimitanā cum Rosario & parvas Cruces Jerosolimitanas, quas libenter accepit, & osculatus fuit.

Cardinalis Datarium adfuit opportunus, cui Papa statim præcepit, ut Beneficia vacantia mihi soli conferret, & quod attinebat ad Bullarum expeditionem gratis fieri jubebat; fateor tamen, quod perpeffus sum maximas adversitates, quibus ut me subducerem, omnia reliqui ad arbitrium mei ordinarij & vias alias magis tranquillitas quærebam, ut possem proficere de participandis bonis Religionis Catholicæ; Et hac contemplatione habita tres annos traduxi litteris bonis percipiendis, quæ gratis in alma Urbe Roma docentur in Collegio Romano; Comendatitias litteras ad Magistrū

Meli-

Melitem nomine Pontificio ab Eminentissimo Cardinale Arceri Secretario statûs obtinui, sicut pariter ab Eminentissimo Cardinale Annibale Albano Patrono nationis Poloniae apud sanctam Sedem Apostolicam.

§. I I.

Consilium Melitam eundi, mutavi in Galliae profectioem; & cum Parisios pervenire cogitasset Marsiliae portum celeberrimum totius Europae appuli. Avenionem deinde perveni; Viennam postmodum & Lugdunum Urbem vetustissimam & opulentissimam; Roanâ civitatem deinde attigi cimbarum; impositus; egressusque de cimba terrestri itinere veni ad certum rus, cui cum praesuisset veluti Rector curatus qui mihi narravit, quod ibi degebat unus Dominus, qui fuerat in Polonia cum Rege Stanislao, illiusque uxor Regnanti Reginae Galliae veluti incima cubicularia assistebat; fidem plenissimam habui supradicto Curato & inveni conjugem & uxorem opinis facultatibus bene praeditos, domiciliu habentes comodissimu in villa Sifor vix sum allocutus tum Maritum, tum conjugem, cum statim lingua Polonicam callentes egregie deprehendi, licet in Gallia nati educatiq; fuissent, benevolentia maximâ & incredibili me complexi sunt, cupiebant, ut spatio aliquot dierum apud illos immorarer, sed celeritas urgebat, ut citius discederem & praesertim in cimba mea res fuerunt. Nihilominus tamen non omiserunt opportunò commodò equi me prosequi usq; ad civitatem Anver: datis litteris ad Archidiaconum suum consanguineu Anverniensem, qui cum laetitia & gaudio me suscepit. Litteras alias comendatitias ad aulam Reginae Franciae tradiderunt; Nasoviensem civitatem sive Orleans per flumen adivi, ibiq; sum moratus per aliquot dies occasionem praestolatus eundi ad urbem Bluari. Ecclesia Cathedralis Nasovij Urbs pulcherrima nobilitate civiu & opulencia divitiarum confurgit, sed penè tota

ab

ab Anglorum pervicacia & impietate labefactata. Bluar cum substitissem cospexi aulam Reginae Poloniae uxoris Joannis III. Artemq; olim munitissimam, sed nunc corruptam expertamq; militibus, qui custodias agant. Relinquens civitatem Bluar, ad unum vicinum oppidum me contuli, in quo Rex STANISLAUS residet ad ejusq; Aulam litteras comendatitias praesentavi directas ab urbe Roma ad Dominum Majorem domus, qui nuncupatur Mesiek; Vir magnae existimationis apud eundem Regem, cui cruces Jerosolimitanas dono dedi, in ejusdem Aula habui honorem permanendi per multos dies. Rex ipse magnanimus & virtutum omnium cumulo ornatus dignatus fuit me suo alloquio spatio unius horae, sciscitans de varijs locis, in quibus sum versatus, cujus interrogationibus satisfacere.

§. III.

Postmodum Parisios pergere cogitavi, munitus literis & diplomatibus, aditum & liberum passum in Galliam permittentibus. Versallis deliciarum loco substiti, ibiq; benigne sui exceptus à Rndo Domino Canonico Cracoviensi Confessario Polono Reginae Galliae Łabiszeski appellato, cui diversas litteras tradidi comendatitias, quas vix accepit, quod statim epulis lautissimis me tractavit, literasq; passus impetravit ad meum favorem à Rege Galliarum. Postmodum Parisios adivi & via recta perrexi ad Rndissimum Vignes Canonicum Parisiensem Ecclesiae S. Benedicti cui detuli literas à consanguineis datas, ibiq; per multos dies prope Academiam insignem Sorbonicam permansi, & mihi fors obtulit qui non omittebat ad suum cubiculum invitare multis vicibus & mille modis blandis & officiosis me tractavit.

Parisiorum vrbs est pucherrima multitudine aedificiorum & Ecclesiarum est celebris, viarum ornatu, murorum altitudine gaudet, pontium mirabili structura constructorum ornamento gau-

A a.

det

det, super quos non exiguae domus sunt constructae; Horologium cernitur mirabili arte elaboratum, salientibus infra aquis ex flumine depromptis super pontem impositum, idem pons sustentat statuam Regis Galliae equestris, cujus basi quatuor mancipia alligata videntur aere fusili conflata, multisque impensis excitata. Non longè disjunctum à ponte Palatium Regium, conspicitur valde magnificum, in quo omnia ornamentorum genera reperiuntur vna cum viridario amantissimo, floribus fructibusque confito, labyrinthoque circumdato vna cum xysto opacis arboribus ad delicias usque cooperto.

Parisijs dum ego versabar, Regina Galliae devotionis causa de Versallio Lutetias venit, causa visitandi Ecclesiam Cathedralem MATRIS DEI titulo insignitam: postmodum visitare voluit Ecclesiam Canonorum Regularium, in qua corpus sanctae Genevesae conditur, quatuor columnis altissimis innixum sustentatur ejus sepulchrum. Ingressus ejusdem Reginae in urbem Parisios magna cum celebritate & Civium frequentia contigit, occupatis omnibus vijs tectisque pondere gentium fatis centum. Infortunium natum fuit hac occasione cuidam Sacerdoti, qui ex fenestra praecipit miserè cecidit; Ejusdem Reginae laudes hic non recito, quia dies mihi deesset, tantum innuo quod Eadem virtutum omnium decora in se complectatur.

Hiscibat Parisijs tunc temporis quando ego versabar, factio Theologorum tuentium approbationem libri Quaesnellij sive Jansenij oppositam Bullae Clementis XI. quae incipit: *Unigenitus*. tempore Benedicti XIII. visa fuit subsistere & quiescere ista controversia, & Cardinalis de Nualles hac de re & de hoc argumento gravissimo Epistolam humillimam & obsequentem omnimodè Pontificiae potestati conscripsit, quae videbatur ultimum finem imponere istis omnibus turbis acerrimè excitatis à Theologis Parisiensibus aliisque doctissimis, & hac retractione constantissima praevia

paucis

paucis post Mensibus diem extremum (ut pie creditur in Domino) clausit, recurrente Sancto Jubileo. De ejusdem Cardinalis vita austerè traducta, parsimonia & jejunijs afflictata, multas laudes viventes texuerunt, & posterius in historijs abunde praedicabunt. Fons pulcher seu Fonteneblau sedes Regia, seu domicilium aliquando est, quando Rex vel venationi, vel delicijs libertatis Ruralis indulget; quam ob rem huc collecta videtur esse amantissimè magis exquisita omnium locorum, sive silvarum densitates respicias, sive ferarum varietates solatio agitandae venationi destinatarum, prospectus ambulatoriae umbris arborum undique circumtectae late se porrigunt. Domiciliū Regiū duplex designatur, Fonteneblau unū antiquissimum & multo deliciarum genere refertum; alterum Versallies LUDOVICI XIV. curā & magnificis impensis redactum, ad primum locū obtinendi inter loca deliciarum fama celeberrima: oculi enim illuc convenientium magnā deliciarū affluentiam perstringuntur sive in amantitate viridiorum, sive in millenis fontium Scaturiginibus per dorsa montium deductis, per ingentes tubas subterraneas tanta cum impensa, ut mensis captum res haec sola supergrediatur, cimbarum numeris non exiguis, non navigationis gratia, sed magnificentiae causa aquas hujusmodi crystallinas occupat; stabula pro alendis equis magnificentiam praesferunt, delicias horum locorum alloquium & praesentia Regis Reginaeque superant.

Rex etenim Fontenblau, cum versaretur, obviam illi adstiti, qui non invitis oculis me aspexit, praesertim cum audivit me esse Patriam Polonum, supplicemque libellum accepit, perlegitque cum incredibile humanitate & Clementia maximo Rege digna. Elucebat in illius vultu Majestas verè Regia & virtutes omnes veluti hos ita familiarissimae cubabant; ingenij pulchritudo rara, adolescentiae vegetae florentissimaeque praenuncia. Affabilitas comitatus urbanitas certatim in illius animo sublimi manifesta

aa2

appa-

apparebant. Versalijs autem Reginam sum allocutus quæ benigna me salutavit & magis peculiari affectu me respexit cum ex meo sermone coniecit, quod ego eram Polonus, sicut illa erat ejusdem nationis. Viam, quæ ad Fonteneblau ducit incipientem ab urbe Parisiorum & se protendentem usq; ad eundem locum maximam magnificentia factam sum admiratus, in cujus medio pons interfluenti flumini impositus cernitur; supra quem pontem, fons magnificus salientibus aquis exurgit, illac incedentibus utilissimus, super eundem fontem conspicitur ingens Corona Regia Lilijs circumdata, veluti magnum trophæum gallicæ magnitudinis.

§. I V.

AD Civitatem Sancti DIONYSII ultimis diebus Octobris 1728. perveni, sic denominatam ab eodẽ Divo DIONYSIO, cujus corpus ibidem jacet in Ecclesia Patrum Benedictinorum, qui Cænobiũ magnificum pariter obtinent. Locus in quo idem Sanctus capite multatus fuit, denotatur in via, cũ erecta columna. Via hæc eadem per quam Divus capite multatus, per aliquot passus procedebat, pulchrè est eadem via constructa umbrosis arboribus cõsia. Iste Sanctus primus Ecclesiam Parisiensem erexit & Divi PAULI discipulus exstitisse fertur, per tres dies hic sum moratus in Monasterio eorundem Benedictinorũ, qui cum hospicio me excepissent, sicut alios hospites; postquam prandio sui refectus lautè ab illis, sepulchra Regũ Gallix mihi ostenderunt, magnifica in Ecclesia eorundem cõstructa. Thesaurum pariter Regium aperuerunt innumeris coronis sceptrisq; regijs cumulatum cum accessione margaritarum & ensium Regum, quibus pro Fide Sancta Catholica pugnabant, gladiũ indicant pariter Divi PETRI, cum quo abscidisse auriculam Malcho dictitabant. Corpus Ludovici XIII. in Ecclesia Sancti Dionysii ad sinistram par-

partem altaris majoris depositum cernitur, cui adhuc sepulchrum seu mausoleum non dum est excitatum. In more etenim receptum est apud Gallos, ut superstites Regnante Rege sepultura magnifice successor non tradatur; Non est opus hic magnificentiam Monasterij celebrare, cum omnia monasteria totius Regni Gallix superat, antiquitatè à multis sæculis longè repetunt omnes historici.

Ab hac Urbe Sancti DIONYSII, gressum movi, ad Urbem quæ vocatur Amiens, pulcherrimam aspectu & civiũ frequentia nõ ignobilè. Obtinet Ecclesiã Cathedralè selectis lapidibus extructã multis columnis & figuris adornatur. Subivi hæc urbem tunc temporis, cum jam festũ indictum fuerat Canonizationis Sancti STANISLAI KOSTCÆ, Romæ primũ habitæ in Basilica Divi PETRI, quod cum maxima solemnitate & pompa ab hisce civibus fuit celebratum. Fluminis navigatione utens Ablevil, pergere decrevi, Urbem positione sitũs, ædificiorum pulchritudine conspicuã cum collegiata insigni, hanc Urbem deserens ad inclitum portum Catesme contuli, ex quo prospectus totius penè Angliæ Regni detegitur, ibiq; navigiorum frequentes occasiones reperiuntur.

Quapropter Londinum præcipuam Regni Urbem & caput adire cogivi; Et cum navim Anglicã ascẽdere destinassem, illa celerius, quam credideram, abcessit, & debui expectare spatio unius hebdomadæ, antequam discederem, usq; dum sese obrulit; occasio alterius navis, cui impositus navigavi versus Londinum, cõsumens unum diem nocteq; integrã in isto itinere & portus supradictus distat Londino triginta leucas. Fluxus & refluxus viget, denotaturus in Temisi fluvio alluente mare, spatio etenim viginti quatuor horarum crescit, eademq; temporis mensura decrescit.



§. V.

Vix Londinum subivimus contrario flumine subvecti, stationē aliarum navium fuimus ingressi, statimq; nostram navim ascenderunt homines vectigalibus importandarū mercium præfecti; qui statim arcas saccos, capsasq; inquirebant, ut quid contineretur, quod esset gravissimum, describerent obnoxiumq; vectigali legi facerent; ego sedulitatē huiusmodi respiciens in rebus omnibus discutiendis; valdè timebā, quod etiam non introspicerent in meā peram, reliquijs & Agnus DEI Benedictis refertam, additis crucibus non paucis, numismatibus, quas res omnes consiliō anticipatō in fundo sacculi reposui, superiusq; vestes & non pauca frustula panis in prima aperitione induxi, & sic illi cum me vidissent occupatum in ligandis solvendisq; meis rebus, quæ rigore & ratione vectigaliū nō respondebāt, ne ulterius easdē res evolverem & explicarem, indicarunt; quibus proinus latus obtemperavi, gratiasq; DEO optimo egi; quod ab huiusmodi periculo me eripuerit, post hæc in terram descendimus cauponamq; petivimus, quam Galli solent adire & primò vesperē unusquisq; medium scutū id est unum florenū germanicum solvere tenebatur. Et comestione elixa caseus panis & potio cerevisiæ tantum præbebatur; spatio trium dierū hospitatus sum in hac taberna, quam reliqui & ad unam aniculā Catholicam degentem prope Capellā publicam Legati Regis Sardiniae ivi, quæ unū cubiculū mihi benigna locavit; postmodum volui ire ad Legatum Galliae, qui cum munitū cōmendatijs litteris ex parte Regis sui vidisset, benevolus me excepit, Catholicos Missionarios secularibus vestibus tectos agnovi, alijq; Catholici mihi se palam prodiderunt, qui apud Anglos oculi propter causam Religionis Catholicæ manent, ijs libenter devotiones reliquiasq; distribuunt
quas

quas summa cum veneratione & animi pietate à me acceperunt, & veluti miraculum arbitrati sunt, quod ego ab oculis Anglorum tanto cum ingenio subtraxerim, qui si detexissent in magnum discrimen mea vita adducebatur cum oneribus Reliquiarum pretiosis.

Legati potestatum catholicarū capellas proprias obtinent, in quibus omnes ceremoniæ peraguntur Religioni Catholicæ intervenientes, nimirum legati Galliae, Hispaniae, Venetæ, Genuensis Rerum publicarum. Capella Regis Subaudiae & Sardiniae, patet omnibus Catholicis in qua duæ portæ publicæ ex platea prostantes invitant frequentiam Christianā atq; Catholicam populi huc accurrentis; Liturgias exercēt liberas ceremoniarū Ecclesiasticarū cū alijs omnibus exercitijs ad Religionē Catholicā spectantibus. Sacerdotes & Missionarij cujuscunq; Ordinis Londini & in toto Angliæ Regno versantes vestibus Ecclesiastico ordini conformibus non possunt uti, sed secularia vestimenta debent induere, ne in aliquod discrimen Religionis Catholicæ existimationem possint adducere.

Londinum Urbs est præcipua Regionis Angliæ, opulentia & nobilitate civiū cōspicua ædificiorū structura præclara. Templum Divi PAULI memoriæ erectum cernitur in media Urbe. Altaribus caret, choro & organo gaudet & Calvinistæ, Lutheraniq; propriæ sectæ inhærentes vacant exercitationibus præscriptis ab eorundē secta. Eadem Ecclesia Sancti Pauli comparatione habita ad magnificentiam, palatij Regij, quam deberet habere est longe inferius, multa bruta seu feras silvestres in se continet ergastulo ad hoc destinato, pons multis arcibus continuatis erectus cernitur, super quem Palatia pulcherrima sunt imposita, excitata una columna dissimillima illi Sanctæ Majoris Romæ veluti monumentum repræsentat combustæ civitatis. Eminent super dictam columnam vas deauratum fusili ære compactū, ex quo flammæ deauratæ assurgunt vesiculis aliquot inferius subjectis. *Usq; ad hodiernum diem non extinguitur furor Papisicus. &c.* §. VI.

§. V I.

Relinquo calamis felicioribus descriptionem Londini florentissimæ Urbis tum divitijs civiū, tum portu amplissimo gaudentis, in quo sæpè sæpius ducentæ & plūs naves stationes figunt alias plagas petituræ, quando prompta occasio sese offerret. Angliæ Regnū sive Britaniæ magnum est nobilissimum & incolarum multitudine valde frequens, ex Dancica, siuè Gedano Urbe Poloniæ opulentissima magnam frumenti vim exportat transvehitq; in varia Regna & portus, tum utens cursu fluminis Temisis, quod est in alveo profundissimo, tum vastitate maris, quod ingentibus navibus sustinendis est par & sufficiens. Londini cum essem emi varia horologia, quæ sine ullo onere vestigalio mecum deferre potui attento tenore mearū litterarum pro securitate itineris mihi concessarū in quibus ut ego eū omnibus meis rebus possem abire ubiq; peculiaris facultas enuntiabatur.

Admirationem injiciunt oculis extraneorū disseminatæ ubiq; naves Anglæ per portus ejusdem Regni, quæ simul collectæ formidabilem classem efformant, & multæ earundē ad Indias orientales & occidentales proficiscentes revectæ deinde cum auri argentiq; ingenti pondere Europam ipsumq; Regnū Britanicū sive Anglicū locupletāt, diversi sunt moles in Anglia & præsertim Londini, in qua Urbe Regni principalissima, Rex residet, cum aula propria luxu & divitijs splendida, camera alta & camera, ut vulgo dicunt bassa sunt, in quibus Senatores & Supremi Magistratus Regni degūt, jus belli & pacis ab arbitrio cameræ altæ pēdet, Regis tamen authoritati in multis casibus deferūt excepto jure curdendi monetas, cū magno luxu Dinastæ, seu nobiles vivūt lautissimis convivijs dediti noctisq; vices multæ dierum parti substituūt dieiq; horas in illas noctis convertunt.

Multi-

Multiplex in illo populo religio dominatur, sed diversitas in hoc cōvenit ut sic omnis secta impia & vitiorū licentia petulanter vacat, omnia per fas & nefas administrant excepta sacro-sancta Religione & fide in cōtractibus, quam violare non audent, sed sacre tectam conservant maximūq; vinculū cōmerciorū fidei promissum reputant; exores sunt Orthodoxæ fidei Catholicæ, cujus, qui gerunt insignia jam lividis oculis & verbis contumeliosis præcindūt.

In Anglia cum vidi aliasq; Urbes lustravi, statim cogitatio maxissima meum animum oppressit, cū recordatus fui Georgij potentissimi Regis Angliæ filij veri Regis Jacobi injustè expulsi, sed DEUS, ut appellatur in sacris scripturis, suo tempore faciet ut pristino throno restitatur invitis hæreticis & cōmunis omniū principum consensus & vires urgente DEO Angliæ contra jus sic usurpato suo legitimo successori restitatur, qui successor, divino consilio sic permittente Romæ manet, factus alijs summis Principibus veluti exemplar omniū virtutū nec dissimilis est Regina sua dilectissima uxor, iisdem virtutibus prædita, alijsq; hereditarijs ex sanguine, quo prognata est, nimirum ex gloriosa propagine Jacobi filij Joannis III. Sobieski Regis Poloniæ invictissimi & potentissimi: Aliquot hebdomadarum cū Londini substitissem, Legatus Galliæ conatus est bonum officium mihi præstare apud Principem Nucassiā primū Ministrum Regis Angliæ, à quo litteras passuales obtinui; & ad civitatem Duver portu celebrem terrestri itinere perveni; plurima oppidā visu pulcherrima trajeci; inspexiq; civitatem pulcherrimam Rocieſter appellatā, atq; ibidem multas naves reperi, quæ identidem meant & remeant ad dictam Urbem; cū ibi pervissem, ad Judicē accessi, ostendi diploma boni trajectus, ut tutus & quietus in aliqua taberna seu hospicio possē cubare; Judex dictus calebat optimè linguam latinam, & mihi, joci ne causā, an veritate dixerit nescio, hoc tamen enuntiavit, disertissimis verbis, vos Poloni nostri hostes estis, animadversio-

Bb

nem

nem à nostris accipitis, dejectis & si opus est etiã suspendio mulctatis, sicuti recens exemplum funestissimum Toronij Urbis docet, cui promptum responsum dedi, nimirum ut qui mortem operetere dignus est, pœnam taliter habere debet, & meò exemplò comprobavi, quod si ego aliquod facinus admissem in Regno vestro, certò certius debitas pœnas luerem, ita pariter lex eadem viget, ut qui apud incultissimas gentes delinquit, justissima punitionis pœna adversus illum sumitur, hac strenuitate vocis imperterritus verba hæc illi obrufi, vix literas passuales sigillò Ducis Nucasij vidit, statim clemens factus portione aquæ vitæ me donavit, cenã lautam mihi præbuit, postmodum suo famulo præcepit, ut ad quandã Domum duceret, in qua omnia necessaria mihi adveniēti præparaverit, absq; onere aliquid solvendi, mane ab illa popina exivi, perrexi ad dictũ Dominũ Judicem, qui me modis multis benevolis excepit; jentaculum potumq; spiritus aquæ vitæ præsentavit, & cum me duxisset ad hortum multa benignè mecum fuit collocutus, introduxitq; in unam aulã altã, viridario contiguã ex cujus podijs altissimis prospectus maris & portus amplissimi longè patebat, eodemq; tempore inter numerum frequentem navium, qui detegebatur, una navis digitò ejusdẽ denotabatur, quæ centum tormenta muraliorum in cursu deferebat.

Urbs hujusmodi fruitur suò parlamento, visũ pulchra apparet, longitudine unius milliarij Italicĩ est prædita, angustia laborat cum positionem optimam loci non habeat. Ad aliud oppidũ ulterius processi & vix cauponam subivi, multi ebrij mihi occurrerunt, nullus qui sciret Gallicè vel Latine occurrat, literas passuales ostendi, quas alij legebant, alij autem sinistrè loquebantur, sermonesq; malignos ferre ceperunt contra me, ita ut fuerim coactus egredi ab illa popina circa spatium trium horarum noctis; difficile mihi fuit, aliam pupinam reperire, tamen DEUS mihi, propitius adstitit in uno homine obviam habito, qui me duxit ad

Judi-

Judicem, cui litteras passuales seu cõmendatitias ostendi, cum statim hominem destinavit laternã munitum, qui ducere me teneretur ad eandem pupinam cum legè, ne aliquam molestiam seu incommodum mihi faciant; assignarunt mihi cubiculũ pro nocte illa transigenda: cum magno timore & vitæ discrimine horas illas nocturnas traduxi, auditis antea iterum contumeliosis verbis nomen Catholicum impugnantibus; agebant etenim hic exterus Papista & Christianus Catholicus. Post aliquot dies Cantuariensem Urbem attingi, ibiq; trium dierum spatio permansi; in hac urbe Martyriũ Sancti THOMÆ Episcopi Cantuariensis peractum fuit, Ecclesiamq; Cathedralẽ ingressus sum, in qua occubuit dictus Sanctus, scalis adhuc manentibus, in quibus vitam finivit.

In hac eadẽ Ecclesia Cathedrali visuntur plurima mausolea Episcoporum Catholicorũ vetustissimorum; aræ omnes sunt dirutæ, figuræ oblitteratæ, solum Altare majus existit adhuc integrum. Ista Ecclesia Præbendas sex obtinet Canonicales, aliosq; Ministros alit, & Episcopũ ejusdem pariter sectæ. Recordor, quod unus ex illis Canonicis mancipatis sectæ illi næfariæ idioma te Gallico utens verba ista protulit; vos estis Catholici, Romani, & nos etiam Catholici, sed nõ Romani, Reformati sumus à vobis vos multas res creditis falsitate plenas, exempli causã ostenditur Romæ sacrũ sudariũ, quo Diva VERONICA vultũ JESU CHRISTI sudoribus absterfit; hæc cũ omnia sunt verissima, dicebant quòd illum sacrũ sudarium cum in celã esset receptum, attetã tot annorũ inter capedinẽ impossibile erat, ut tella illa spatio tot annorũ duraret, cui objectioni citissimũ respõsum dedi, nimirũ, quod DEUS est mirabilis in suis operibus, præsertim in duratione cõservanda istarum rerũ ad solatium sui populi Christiani.

Alias futiles objectiones mihi obrufit, quas ego levissimo negotio statim dissolvebam, & responsa accõmodata suis objectionibus opportuna dabam, quibus os illius claudebã; fuit & alius Canonicus

nixus elatus spiritu nō dissimilis illi Calvinistæ qui mihi Gallicè locutus fuerat & hæc verba mihi enuntiavit: est unus Dominus nobilis Anglus Catholicus, quem Religionis Catholicæ causa in carcerē detruserūt nomē propriū mihi scriptū dedit, locūq; in quo sedebat in carcere designavit, hæc omnia inscriptis exaravit perspicuè, hospitalis benignus erga me exiit, & verba cum humilitate cōiuncta edissererebat, clam tamen, ne ille in aliquod periculum se poneret propriæ Religionis causa. Plures Galli calvinistæ Hugonotti in hac urbe degunt, qui à Ludovico XIV. Galliarum Rege Christianissimo fuerunt expulsi à Regno Gallie. Cū versarem in quadam domo contigit, mihi videre picturā in qua Cardinales mensæ accumbentes exprimebātur imposito super eandem mēsam, capite Pōtificis triplici Tiara circumdato, accensis duabus Candelis proximis eidē capiti, quorum lumen & ardorē, quædā monstrum Diaboli specis induta insufflabāt. Averso & turbato animo hanc Imaginem aspexi & Zelo Religionis percitus volui interrogare de mysterio seu involucro quod in hac pictura latebat. Impiorum illorū nequitiam & Vafriçie textit & dissimulavit hic idem homo, qui hanc mihi ostēdit Imaginem, multa benevole protulit, quibus verbis animū mihi fecit, ut liberius de felicitate nostræ Religionis triumphante in multis Regnis tam Italia, tū Europæ differere, cōplectens Religionis nostræ decora sparsa dilatataq; per ultēiores Indiarum plagas, Regionesq; ille è contra Regna propriæ sectæ mancipata singula enumerabat veluti triūphos & Trophæa Luteranorum & Calvinistarū cātabat. Urbs Cantuariensis situ pulcherrimo gaudet, nec necessarijs rebus ad victū pertinentibus destituitur.

§. VII.

Pervenit tandem ad civitatem Duver emensis octo diebus, cū à Lōdino discessi, & antequam civitatem sum ingressus occurrit mihi antiquissima Ecclesia aris destituta, quæ
 atten;

attentā murorum structurā monasterij formā præferebat, cū ego interrogassem, quid ædificium huiusmodi fuisset? respōderunt: quod monialiu Monasteriū exstiterat, & cū ad unā tabernā venissem, reperi Luteranū sacris eorundē Luteranorum præfectū, ex cuius aspectu cōjeci livorem adversus Catholicos non exiguū. Statim cepit me interrogare, ad quid venerim in hanc Insulam? Nam fortassis venisti causā cōvertendi nostros, ad Fidē Catholicā Romanā: verba aspera cepit in me evomere, ego ut ejusdem iram placare, ostendi meas litteras cōmendatitias approbatone Regiā munitas; vix easdē aspexit & statim siluit; ego interim pertæsus prolixitate interrogationū, quas mihi ille fecerat aliam cauponam petivi, ibiq; occasione opportunā expectavi versus Galliam.

Per aliquot dies mansi in hac civitate, hac de causā ivi ad Capitaneū portū, qui ægrè alloquiū meum suscepit & nō libenter litteras passuales perlegit; & hoc fuit ex malitia illius ministri, qui ejusdē animū perverterat & corruerat, ego interim ad aliam urbem discessi proximā mari, quindecim miliaribus circiter distantem à Duverio; maturius illā ingredi nō potui, qui serius, quàm cogitaverā perveni, ideoq; in una villa mari contigua subsistere cogitavi, & locus ad dormiendum ibi non fuit cum pupinarū nomen ibi exulet; DEUS Optimus Maximus fecit, ut apud quendam rusticum bonū hominē in uno stabulo diversoriū pro nocte trāsfigenda habuerim, licet incōmodū maximū frigoris sustinuissem; sed summo mane versus civitatē properavi, perveniq; ad ipsum portū navibus repletum, & cū quævissem de opportuna occasione unius navis, sed cū adhuc in præptu nō esset extitit unus mercator, qui cū observasset me, idioma illud non bene percipere, latinè mecum cepit loqui, qui postmodum domū suā me duxit & jentaculū largitus fuit liberaliter, ostēdi eidē litteras passuales, quas pariter ostendit quidā congregationi civiū,
 quo;

quorum aliqui laudabant, alij verò obstabāt cavillanter, interpretantesq; in sinistra partem sensum earundē litterarum. Inter iudices fuit vnus habens præ manibus lōgum baculū, sicut viget ibi mos, qui cum esset vir prudentissimus nihil versūs me locutus, & portionē cerevisiæ cōfectam mihi porrexit.

Hac occasione ad Duver sum regressus equitando, mansi duorū dierum spatio cōfidentia accipiens cū uno scriba, qui pater erat duorū filiorum juvenum bonæ indolis, Gallicā & Italicā linguā bene tenebat, sicut etiā filij & affectu hospitalitatis incredibilis impulsus præter jecaculum valdē lautum, etiā multum, præbuerunt, faciliq; navigationē mihi fecerunt cōmendando meā personā Domino Governatori portus; sermones varios & familiares mecū libenter ferebāt, aliquid de Religione etiam cōmiscabantur, præsertim de DEI para, quam esse Matrē DEI agnosunt, sed nō credunt: adiciebātq; alterum errorē peiorem, nimirū, quod non poterat concipere: qualiter cū eadē Virgo esset creatura posset Creatorem deprecari, atq; nostris indigentis præsens auxilium afferre; hæc & similia loquebantur adolescētes filij præfati scribæ absente Patre: interim conspirantes in meū favorē non omiserunt cōmendationes efficacissimas obire apud Capitaneum portus, imo ut benevolentia plenius specimen darent, omnia necessaria navigationi suppeditare non distulerunt, imo persolvere nulum pro navigatione sese exhibuerunt; ego tamen non potui frui abundantiorundē beneficio; navem etenim Gallicam ascendi, quæ Cales tendebat & die Sabbati solemnī Nativitatis CHRISTI Domini festo celeberrimo, qui illo annō sic recurrebat, solvimus ex portu scopumq; loci designatum attigimus nimirum Cales Civitatem munitissimā opulentissimāq; quæ gaudet cōmodo portu; & non exigua oppida possidet, quæ magnum robur accipiunt à navali classe, quæ illa loca sæpè sæpius navigādo occupat.

In Regno Hiberniæ sunt multi Catholici occulti potius
pro-

propter metū Regis Angliæ, quā manifesti; verū tamē est, quod si factio Catholicorū ab invicto Catholico Monarcha sustentaretur opportunis auxilijs datis; certò certius esset, quod illi populi Hibernes Regē sibi propriū Orthodoxum cōstituerent, excuterentq; statim à proprijs cervicibus jugum Regis Anglicani, liberumq; Religionis Ecclesiasticæ exercitiū in suas Urbes introducerent, atq; Ecclesia Romana triumpharet. Interdictus est usus publicus religioni & ceremoniarum Ecclesiasticarum, clandestinè tamen in capellis Legatorum januis clausis permittitur celebratio Missarum, Præbiterorum habitus penitus exitio amandatur, ad discrimē Tartararum, qui non sunt aded austeri & censes in notandis Christianorum moribus.

Cum Cales morarer per aliquot dies, consilium mihi fuit Gavantum sive Gand civitatē discedere, Belgij Urbē celeberrimam, vetustate & civium nobilitate præclaram, & postremis diebus Decembris Annō 1728. discessi à Cale, DunsLerchium adivi civitatem munitissimā primū, nunc dirutam & devastatam propter lōgam obsidionē admotis ingentibus exercitibus, qui arma ad invicem cōmittētes solò æquarunt indigestaq; molem ruinæ seu maceriarū reddiderunt; quando florebat hæc vrbs magnam perniciē Regi Daniæ & Holladiæ efferebat propter liberā negotiorū exercitationē, quæ retardabatur ab eductione navium & aliorum navigiorum intercipientium naves Holandas & Danicas, mercibus onustas: supersunt adhuc multæ Domus aliquæ Ecclesiæ & plateæ aliquale adhuc proportionē retinētes pristinae fossæ & propugnacula adhuc ceruuntur veluti monimēta excissæ Urbis, canalis ab Urbe DunsLinchio discurris usq; ad Urbē Gandavam, per quē canalem deferuntur naves à DunsLirche discedentes omni genere mercimoniorū onustas, præsertim æstivo tempore, nātēpore hyemis concretus est glacie, & tunc impervius navigationi: Præfatus canalis industria hominum fuit excavatus, cujus longitudo
per

per sexdecim milliaria germanica extenditur, in hoc itinere cum plurimas minores Urbes viderim, nobiliorē tamen considero Brudis sive Bruis divitem & civiū frequentia clarā, in qua Senatus Magistratusq; legum sanctiones promulgant, decernuntq;. Ab hac Urbe Gandavum deflexi septem Leucarum, sive milliariorum ab Urbe Brusis distantem.

§. VIII.

Vix portam civitatis Urbis Gandavi sum ingressus, tunc statim veluti theatrum pulcherrimum apparuit propter ædificiorum magnificentia viarum & platearum amplitudinem, Lutetiarum Urbis similitudinē adumbrans: Seva hyems tunc tēporis ibi vigebat, ita ut multi homines frigore eneeti interirent & contigit, ut quidam homo ante me ambulans ceciderit, & veluti mortuum omniq; sensu carentem igni ad resocillandum admoyerunt & nescio an vixerit vel frigus illud à sevitia hiemis profectum fuerit cōmutatū infrigus insanabile mortis: Catholici piē ibi & rectē vivunt, maximamq; venerationem Ecclesiasticis Personis præbent, vix etiam unus Sacerdos limen vel domus monasterij ingreditur, cum statim unusquisq; laicus sive secularis genua ante illum flectit, benedictionēq; postulat; gaudet hac Urbs sapientissimis ordinibus Senatūs, qui bono regimini & felicitati vrbis prospiciunt propugnaculis validissimis una cum arce benē inexpugnabili circumdatur, multasq; obsidiones hostium varijs temporibus perpessa fuit, sicut historiae fuscē scriptæ nos docent; Cathedralis Ecclesia vetustate & magnificentia pollet; non longe ab illa surgit altissima turris multiplici æræ campano instructa, quod in horarum pulsatione varietate tinnitus grassis & acuti veluti perspectē cantus numerum carentē horarum civium auribus tam clarē occinit, insusurratq; ut statim distinctæ percipi-

pant.

pant. Urbem diuissimam vetustate & nobilitatis gloria celebrem Bruxellas perveni præcipuam & capitalem Brabantia. In hac residet Serenissima Archiducissa Austria, Soror Augustissimi Imperatoris feliciter regnantis Caroli VI. supremæ Gubernatricis titulo totius Brabantia & Belgij gaudens, pietate in pauperes eximia, moderatione animi rara & sine exemplo hospitalitate & urbanitate conspicua, uno verbo virtutum omniū choro stipata, ut Domina pietissima præmia virtute præclaris dispensat, adversus protervam reorū enormitatē implacabilis existit, aulā occupat in maxima & patissima Urbis arce, excubias Helvetorum militū crebras tenet & milites levis armaturæ innumeros. Brussellarū Urbs comparata Gandavo est minor, aspectu tamen gaudet pulcherrimo, tum positionis atq; ædium structura & magnificentia habet auctoritatem cogēdi propriū Senatū; quod attinet ad munimenta, quæ ejusdem Urbis securitati inserviunt, sunt validissima, & quoscunq; hostium incursus seu aggressiones nō timent. Nō loquor de latitudine platearum & viarum, quæ in tota Brabantia & Flādria tam in Urbibus, quàm in pagis & in agris facillē itineratibus viam subjiciunt selectis lapidibus constrata. Cathedralis Ecclesia magnificē adornatur asservaturq; in una capella politissimis marmoribus cōstructa, atq; intus tabernaculo pretiosis lapidibus ornatō, panis Eucharisticus Sacratissimus, qui cum ab hæreticis emptus venditusq; divinitus nunquàm labefactare potuit, & evidenti miraculo detectus, vindicatusq; à Christianis Catholicis in supradicto loco summa cū veneratione adoratur & colitur.

Relictis Bruxellis ad Eustadium me contuli, Urbē liberalium artium cultura excultam, studiosorumq; numero frequentissimam multis Collegijs crebris plenam, refertamq; adolescentibus. Leodium deinde sum provectus Low vulgo dictā, quæ suum Principē proprium suffragijs Canonorum ex gremio eorundē Principum electivum habent, qui & curam rerum temporalium

Cc

& ad-

& administrationem spiritualement, ut Episcopus consecratus regit administratq; , quò defunctò rursus capitulù Canonorum cogitur & successorem de ejusdem gremio disperditis suffragijs, eligunt Principatus hujusmodi patrociniũ habet Cæsareæ Majestatis.

Ostentat Leodium, magnitudine & divitijs non cedit alijs inclitis Europæ vrbibus jacet penes flumen, quod Mosâ dicitur cõmodo vrbis propter navigationem inserviens & hyemali tempore vehementer excrescit, inundatq; totâ vrbem agrosq; subiectos, imo meo tempore vidi plurimas naviculas per plateas & vias Urbis cõmeare. Ultra citraq; est prædita partim collium altitudine partim planicie gaudet; Studiorum omnium Academia seu nobile emporiũ reputatur; Templum Cathedrale adeo vetustum est, ut ejusdem constructio à mille annis enumeratur, sicut indicat muri & lapides cariem longævam præferentes.

S. I X.

Luxenburgum discèssi civitatem munitissimam & arcem delicijs & amœnitate situs affluentem, sæpè sæpius domicilium Imperatoris; quo pergit; fortalitijs circum datâ apparatu tormetorum muralium instructissimâ aliorũq; telorum genera inspexi, quæ faciunt, ut horrorem militarem potius præferat, quam deliciarũ locum. Lilia cum multa sparsa vidissem & insculpta in magnis lapidibus seu muris & portis & cum curiosus interrogaverim, quid denotarent, responsum habui, quod jam pridè hæc vrbis ad Regè Galliarũ spectaverat: hæc vrbis est cõdita super vivum saxum & hac de causâ prope est inexpugnabilis. Ab hac Urbe processi ad civitatem Naucisc, potissimam & principalem vrbem Ducatũ Lotaringiæ, hæc vrbis non est adeò magna & munita, sed habita cõtemplatione pulcherrimorum ædificiorum & præsertim Palatij Ducalis, in quo residet Dux Serenissimus,

nissimus, primis adeuntibus ingerit jucundum aspectum; jacet cõtigua flumini Mosâ. Dux idem Lotaringiæ in eudenda moneta, in statu suo in vim privilegij antiquissimi & amplissimi titulum Regis Jerosolimarum sibi adscripsit; sui etenim majores antiquis temporibus adeptionem terræ sanctæ cù armis effecerunt, Lunevit altera parva vrbis in bona & optima loci positione manet, & sedem sibi constituit in hoc loco præfatus Dux Lotaringiæ, qui maximâ pietate fulget, præsertim in operibus Christianis exercendis, & cum magna humilitate quotidie pedestri itinere, se ad Capucinatorum Conventum confert, pro auditione Missæ spretò curru cõmodò. Relinquo censum aliarũ virtutũ texere & recèsere, ne ejus modestiâ offendam, ajo tantum, quod incomparabilis est ejus justitiæ, singularis Clementia, beneficentia prope Divina.

Lunevil parva vrbe ad alteram majorem Szala dictâ ditioris Regis Galliarũ perveni, cum antea multa deserta arva nivibus altis tecta percurrissem, non sinè magno meæ vitæ periculo, & equorum labore, qui vias illas cum toto suo nisu vix poterant superare, egressus à finibus ducatus Lotaringiæ descendi ad Regnũ Galliarũ, quod magis est demissum respectu statu Lotaringici qui supra humanam fidem multis montium verticibus est adeo editus, ut stuporem non exiguũ cernentibus afferat; vix terigi fines Galliarũ inferioris & nivium conspectus statim à meis oculis evanuit, perveniq; ad villam ejusdem Regni, in qua homines larvatos bachanteriorum causâ discurrentesq; per illâ viciniam, veluti fanaticos obvios habui, & sequenti die cum unam silvâ pertransissem, sensi statim ex respiratione tepidissimi àëris, quod plagas calidas & temperatas non frigiditas sicut emensus fueram in partibus Lotaringiæ inveni; hoc fuit in causâ ut meus servus itineris æger factus fuerit propter inductas cõtrarietates caloris & frigoris repente & sinè ullo intervallo.

Dies duos Szala Civitatis protraximus non vulgaribus ædificiis

ficiis constructæ, additâ Cathedrali Ecclesiâ antiquâ & juxta illius loci cōvenientiam non deformē, obtigit mihi fors fortunatissima Lugdunum Urbem antiquissimam opibus clarâ & civiū nobilitate inclitâ videndi, ibiq; unâ hebdomadâ meo genio indulgens volui transigere, equos utpote mihi non necessarios vendidi, in illis diebus semper huc illuc curfivi per Urbē ubiq; magnificentiæ splendidissima decora cernens in ædificiis pulcherrimis, expressâ in Ecclesijs abunde disseminata, præsertim in Cathedrali Ecclesia, insignis & admirabilis structura omisâ amplitudine & altitudine, quâ pollet; conspicitur in dictâ Cathedrali mirabile & inusitatam horologium miro artificio elaboratū; adventante etenim tempore indicationis horarum Gallus ære conflatus cantum trinum edit, cum strepitu alarum & deinde ante horologij pulsationem per unum ostiū, quod statim aperitur ingenio artis inclito, egreditur Angelus salutatq; DEI-Param, discluduntur nubes & descendit Spiritus Sanctus, cum tota Triade Sanctissima; & post hæc mysteria perspicue visa, visio istarum rerum disparet, eodemq; momento horarum pulsatio auditur.

Duo Palatia magnifica in media Urbe posita eadē proportionē constructa, quorum unum alterū respicit in media area porrigitur planicies virenti gramine confita, cōsurgitq; statua ære constructa repræsentans Ludovicum XIV. equo insidentem amœnissima est ambulatio & prospectus propter opacitatē arborum ad libellam confitarum, cum varijs alijs ornamentis, quæ oculis magis percipiuntur, quam verbis explicari possint; hoc unum dicam tantum quod hæc vrbs veluti gemma, totius Regni Galliæ reputatur sive familiarum nobilium, sive mercatorum divitias, quas per totâ Galliâ ad alias Urbes per flumen Renum transvehunt omisissis itineribus terrestribus commodis & latis, quæ contribules & extranei conficiunt.

§. X.

§. X.

Flumine subvectus perveni Viennam urbem non visu inamœnam, sed pulchram. fluminis Reni non procul à Lugduno ripe junctâ, excensione in terram factâ à vectoribus Navarchus navis jussit, ut ad certam horam determinatam ab illo navem ascenderet unusquisq; : meus servus adivit Civitatem causa emendi aliquas res & vix per duos quadrantes cum statim Patronus navis cum hora decreta præterisset præfatus Dominus navigij noluit expectare suū adventum, licet non multis passibus ab eodem socio in terris distarem & fluxit tota integra nox, quod illum propter distantiam non potui alloqui & mœrorem contraxi ex hac potissima causa, quod pecuniæ meæ crumenâ penes se tenebat dictus servus, & fateor revera, quod cum ejusdē servi fidem ab illo tempore expertam nō habuerim, paulisper addubiravi de ejusdem integritate, natis præsertim circumstantijs istius inopinati abscessus, sed omnis suspitionis umbra evanuit statim, ac Marsiliam perveni, ubi illum me quærentem inveni, traditq; probus integram summâ pecuniæ concreditam; verum tamen est quod Avenionē prius atigi, antequam Marsiliam pergerem, Avenionem igitur vix sum ingressus cum statim magnificentia species, quædam mihi occurrit tum in ædificijs, tum in Palatio, Legato Pontificio destinato. Urbs eadem munificentiâ Regū Galliæ Pontificibus Romanis fuit donata cum districti seu adjacentia pagorum & oppidorum, quæ complectitur dicta civitas Avenionē; aliquando longam sedem tenuerunt Pontifices & ope Divæ Catharinæ Senensis restituta fuit sedes rursus Romam. Mediatrix facta in componendis controversijs, quæ intercedebant inter Pontificem & Principes Christianos.

Possum testari de visu quod Episcopum tunc temporis Avenionensis Ecclesiæ Præfatus multa opera pietatis hospitalitatis exercebat.

cebat, elemosinas largas beneficis dispensabat, inopesq; familias proventibus annuis destitutas nutrebat: prætermitto indefessam sollicitudinē in Pontificali munere exercendo, sivē ministerio Divini eloquij fungendo, sivē Missarum solemnitates recurrētib; festis principalibus peragendo, hac urbe diligenter lustrata. Marsiliam discedere cogitavi, & in itinere isto occurrit quædam civitas Gallico vocabulo Aix dicta, Latinē Aquensis, situ & ædificiorum splendore inclita nobilitate civiū clara, & præcipua totius Provinciæ urbs, ejusdem positio est adeo demissa intra montium amplexus, ut eodem tempore & non prius, quo unus venit, videat & lustret. Marsiliā deinde civitatem exterorū & præcipue mercatorum frequentia celebrem pervēni, capacissimum portū omni navigiorū genere refertū tenet, ædificijs non inferioribus illis, quæ cernuntur in Europa ornatu. Viæ aliquantū sordibus obstitæ, sed arbitror, quod postquam cessaverit contagium, purgatas magis cives tenuerint, cum sciamus per experiētiā, quod ubi multa sordities viget, ibi tenacior pestis adhærescat, latissima platea amēnissimis arboribus confita urbem mediā dividit cum magno civium oblectamento.

Cum genio hujusce urbis captus essem contemplatus præcipue sum, telorum genera, quæ ibi artifices excellentes elaborant & cum vilissima essent hæc arma, nummis paucis emenda, decrevi navigiū quoddā emere, & postea armis hujusmodi instructum in altū mare provehere, contraq; Turcas ire. Consilium mente meditatū re perfeci, & Melitā Insulam cujus vexillū navigio suprædicto præfixerā & modum emptionis faciliore reddidi quibusdam rebus pretiosis meis permutatis, quarum pretio & valore mihi contigit brevissimo tempore nautas, navigium, arma, pulverē piriū, pilas plumbeas comparare, obtinuiq; patentes seu litteras à Magistratu Marsiliensi & cum in itineris procinctu versarer, Generalis armorū prohibuit, ne mihi facultas discedendi daretur; tunc
ego

ego eundem Generalē volui adire & quærere, ostendi illi litteras sigillo Regio Galliæ & manu propria munitas editum mihi liberū per totam Galliam promittentes, ille postquam perlegit armatum deferre permisit navigiū tamen relinquere cogebat & cum obstinationem animi ejus vidissem, debui etiam invitus non sine magno dispendio idem navigium, quod emerem, vendere, impositisq; armis omnibus in unā cimbam Felucam appellatā spectantem ad Navarchum Generalem nominatum Alexandro Bracco deinde Monachiū arcē munitissimā, cum eadē feluca perreximus, hic in nūo, quod cum de Marsilia vrbe sermonem habui, debui de mōte quodam extra eandem urbem supra cujus verticem est Ecclesia DEI-Paræ miraculis elara dedicata, cōmemorare; hæc Virginem custodiæ appellant, ejusdem Templum tormentorum apparatu per ordinem disposito defenditur, muniturq; patetq; pulcherrimus prospectus terminatus ad mare & ad ultiores terræ plagas; si forte fortuna contigit, ut unus Christianus captivus ex triremi fugiat vel duo, statim explosione tormēti positi in mōte dicto datur signū omnibus incolis rusticis, ut comprehendant fugitivum, reportātq; ad triremē, ex qua fugit; specus non longe à Marsilia cernitur, in quo Diva Maria MAGDALENA delitescibat, pœnitentiam per tot annorum spatium austerissimā agens.

§. X I.

R Edeo Monachium Urbem maritimā, quò cum suprædicto Genuensi Patrono perveni, qui in terram vix descenderat, detulit veluti accusator me apud Capitaneū portus differens, quod ego arma non pauca portabā, à quo Capitaneo evocatus cum coram illo adstitissem, litteras autoritate Regia subscriptas exhibui, quibus ille visis sine ulla molestia statim me dimisit; navigium rursus ascendēs ad Genuæ portum arripiendum

ripiendū processi, quem vix fui ingressus, in terrā descendī & cepi statim cōsiliū illud primū Marsiliæ labefactatum de navigio emendo in mentē revocare, stipulationemq; apud notarium publicum peregrino conductione factā ejusdē navigij erogatis pecunijs panno rubro empto pro vestiendis certis numero militibus, quos vehere in eodem navigio volui, ut Turcarum piratarum incursionibus obicē ponerem, exemplo Melitensis Religionis præclarissimo incitatus, quæ in innumeras naves triremesq; delectis Equitibus plenas parat & dirigit per diffusa maria ad reprimendā Turcarum audaciam, cōjunctam cum rapinis & direptionibus quas audent patrare in littoribus, seu oris Italiæ Europæq;. Vix dictus Alexander subodoratus est, quod ego hujusmodi cogitatū perfeceram, malitiosus vir & sicophanta meā personā bene designatam ad Magistratum deferre non distulit, addens mille mendacia & jussu statim Magistratus portus mihi supervenit, cujus tenor paucis verbis comprehensus erat hujusmodi ut ego comparerem coram illo; protinus obtemperavi ostendiq; litteras Regias, quibus visis cum me dimississent, antequam exirem de palatio eodem magistratu jubente fui detentus & lecticā cum meo servo delatus ad Senatum ibiq; instituta fuit inquisitio rigorosa tum litterarum, tum pecuniarum incluseruntq; in uno cubiculo crasibus ferreis suffulto.

Vespertino tempore adivit me unus Patricius Genuensis à Senatu delectus pro examime instituendo & rigorosè sumendo à lingua nostra, & cum esset vir acris ingenij & consilij optimi vix præditus in cognoscendis rebus statim detexit nos innocentes, jussitq; ut omnia requisita & pecuniæ, quas antea acceperant mihi redderentur; libertate donati egressi fuimus hilares ab ergastulis, ego à meo servo disjunctus solus residentem Imperatoris adivi, ostendiq; meas litteras liberum passum concedentes datas mihi à Serenissima gubernatricæ Bruxellis degente Sororis Imperatoris,

vix præfatus Residens perlegit mea scripta me secū duxit ad unum Senatorem, qui antea nos examinaverat, & verba efficacissima interposuit, apud illum quæ ad meū favorem unicè tendebant obtinui etiam ab illo litteras seu diploma propriā manu subscriptas & sic factum est ut liberè respiraremus ab hujusmodi agitatione injuncto mihi ordine, ut navigiū illud Domino redderē. Irrita facta stipulatione, redditus acceptisq; utrinq; pecunijs cum una navis Gallica in portu maneret, secundum ventum expectabat, ut vela faceret versus urbem Centumcellarū; ego hanc ascendi, sed insurgentibus Aquilonibus cursui ejusdē navis oppositis reiectus in portum cum alterum bonū ventum favorabilem expectare longū esset, per terram Liburnam discedere decrevi, ut cogitavi sic executioni mandavi; iter destinatum Liburni.

Spatio duorum dierum Pisas civitatem sum profectus, urbem pulcherrimam liberalium artium fama celebrem flumine Arno interfluente magnificis pontibus eidem flumini impositis addita Cathedrali Ecclesia cum portis æreis cum cemeterio pulcherrimo nobilissimo, campo sancto appellato, una cum mirabili artificio constructa Turri pro pulsandis campanis destinata, quæ respicientibus inclinata adeo in vertice & in imo apparet, ut præcipitium & casum minari videatur, Baptisterium antiquā structura & varijs ornamentis depictum habet junctum cometerio. Optinet Gymnasium publicum, in quo Professores doctissimi scientias omnes docent, nobilissimum ostentat, accurrentibus innumeris studiosis ex varijs partibus mundi & præsertim Italiæ urbibus collectis. Hortum medicum, in quo nimirum omnia herbarum genera plantantur, excolunturq; visitur, pulchram ædem seu Palatium domicilio Equitum Sancti STEPHANI destinatum una cum Templo pulchrè ornato non sine admiratione peregrini extraneiq; intuentur.

§. XII.

Lucum civitatem tandem perrexi, civitatem & Rempublicam optimis legibus administratam, quæ præter ædificia pulcherrima Palatium publicum magnificum aulæq; amplas possidet, Ecclesias præsertim Cathedralem eximias habet, circuitu murorum bene munitorum continuato potitur, planitie maxima circumgaudet. Deinde discessi Florætiæ urbem pace & bello florentem antiquis temporibus, in quibus forma reipublicæ magnæ obtinuit, sed successu temporis Dux magnus Etruriæ constitutus fuit, desumptus ex familia Medices, quæ per ducentos & plus annos feliciter regnavit & regnat in persona dignissima & celsissima magni Ducis Gastonis, cui de nostris annis DEUS augeat, annos imo Nestoris longævos ducat, qui ob justitiam & eloquentiam summa cum laude exercet, ad favorem civium subditorumq; quorum vitæ & bona familia Medicea concredita per duo & plus sæcula auream felicitatem imperturbatamq; sunt experti, & adhuc experientur in beatissimo regimine præfati celsissimi magni Ducis.

Onus arduum susciperem, si vellem recensere singula ornamenta & raritates, quæ in urbe cernuntur, cursim tantum ea delibabo, ut aliquam admirationem saltem lectoribus injiciam, præsertim illis qui nunquam ibi exstiterunt. Eminent primò Ecclesia Cathedralis candidissimo marmore undiq; constrata in parietibus nimirum, impositis amplissimis fornicibus, solito plumbo cooperitis tantâ amplitudine & magnificentia constructâ, ut stuporem intuentibus ingerat. habet turrim non longe sepositâ altitudine & marmorum copia tota compactâ, ut statim ac Carolus V. Florentiâ adventans inspexit hæc verba pronuntiavit. Istud pulcherrimum ædificiū, obtinere deberet vaginam, & quando aliquis veluti rem preciosissimâ vellet intueri, hæc detracta stupèdum præ-

digium

digium homines viderent, cum etiam sic expositum semper & nudum nihilo tamen minus admirationem procreare non desinit, Baptistarium in medio foro ejusdem Cathedralis superbum & magnificentum rotunda figura præditum consurgit una cum valvis seu foribus solidissimo ære constructis, in quibus incisæ sunt variæ figuræ miri artificij pertinentibus ad nativitatem & vitam Præcursoris Sancti JOANNIS.

Adest Palatium antiquum dictum publicum & magnificentum, in altero foro Granario dicto exurgit, in quo aulæ amplissimæ picturis eximijs ornata visuntur, pugnas & prælia representantes, quæ cum Pisanis & Genuensibus varijs temporibus Florentini habuerunt, cum forma reipublicæ utebantur; ante prospectum Palatij statua antiquissimæ excellenti manu elaborata æræ fusili conflata cernuntur una cum pulcherrimo fonte varijs ornamentis & præcipue aquarum ubertate redundante. In eadem platea Equæstris statua prospicitur ærea cujusdam magni Ducis Etruriæ Familiæ Mediceæ, alterum Palatium magnificum ultra pontem vetustum dictum consurgit in edito veluti colle de Pictis vulgo appellatum propter jus seu Dominiū, quod familia de Picta antiquo tempore habebat, in hoc Palatio aulā suam nobilissimā & splendidam tenet magnus Dux Etruriæ amplitudine & altitudine tantâ præditâ, ut aulas multas & cubicula periosissimis ornamentis referta complectatur; Vix atrium ejusdem Palatij unus ingreditur, cum statim magnificentum Dominiū & hospitē adesse sentit, extraneis, & civibus liberrimus patet ingressus ad viridaria & hortos amænissimos omni fructuum genere refertos una cum fontibus innumeris, piscinis seu lacubus piscium copia abundantibus, additis innumeris avibus diversi generis & versicolorum plumarum, Psittacis seu Papagallis, gruibus, struthionibus, carduelibus &c. Templum DEI Paræ annuntiatæ dicatum in altera urbis parte prostat pulchrè adornatum, conservaturq; ibi Imago ejusdem Virginis innumeris miraculis clara, pendetibus circa

dd2

pari-

parietes infinitis votivis tabellis gratias acceptas testantibus, ante prospectum ejusdem Ecclesiae platea existit pulcherrima, in qua altera statua equastris aere conflata consurgit alterum magnum Ducem Etruriae ejusdem familiae Mediceae representans; non longe ab hac Ecclesia est ergastulum omnium ferarum, Leonum, nimirum Tigrium & pantherarum, quae impunè à praeferentibus videntur per crates ferreas intus & extra sua latibula versantes. Innumerae Ecclesiae canobia & monasteria passim videntur.

Magnifici pontes multis arcibus flumini Arno impositi, alteram urbem partem jungunt prospectumque pulcherrimum, efficiunt ejusdem urbis anterioris & citerioris. Versum forum mercatus procedens aspexi aedificium pulcherrimum multiplici fornice diversisque columnis innixum, latum & amplum, in quo omnes mercatores certis diebus conveniunt, & de negotiis varijs disserunt, exempti ab injuria imbrum, si hiemali tempore illuc accedant, immunes pariter à solis radijs si tempore aetivo caelum ibi faciant.

Prope ante conspectum hujusce aedificii aperiret aereus conspicitur miro artificio elaboratus, reclinatis clivibus veluti vivus jacens, ex cujus ore fons aquae prorumpit, commodo urbis inserviens. Galerias seu Moseae omni gemmarum genere referta picturis statuisque eximijis plenas magnus Etruriae Dux in suis uberrimis thesauris habet, relictis sexcentis alijs raritatibus, quibus iotus forisque Florentia flos omnium urbium Italiae illustratur. Egressus ab urbe Senas adire cogitavi, quo perveni, ejusque pulchritudine statim sui captus, si etenim oculos in Palatia publica privatasque aedes intendebam, praesertim in Cathedrali Ecclesia; species plenissima magnificentiae mihi occurrebat tanta, ut vix verbis explicare queam, in dicta Ecclesia Cathedrali exterius ornata maximus splendor elucet interius tum in aris magnificentissimis, tum in bustis marmoreis omnium summorum Pontificum dispositis super primum ordinem praefati Templi. Academia florentissima doctissimorum

virorum semper floret, praesertim in litteris Etruscis, quarum nitor & fama per totum orbem praedicatur; aula Serenissimae Electricis & Gubernatricis, soror melitissima celsissimi magni Ducis Etruriae feliciter Regnantis splendorem maximum addit eidem urbi, tum propter multorum nobilium famulatum, tum propter florentissimae Militiae numerum, quae excubias assiduas ibidem agit, relecta magnificentia Palatii, in quo praefata piensissima Gubernatrix degit. Patria haec fortunatissima fuit propter plures sanctos, quos diversis temporibus tulit, sanctitate & omni virtutum splendore cumulati; & hic sufficit tantum mihi nominare Divam CATHARINAM Senesem, & Divum BERNARDINUM omnibus Pontificibus, quos habuit praesertim Aeneam Sylvium de familia Piolominea, qui sub nomine Pij II. venit. Quatuordecim dies protraxi in hac urbe quietis & curiositatis causa passusque meos direxi Viterbium, urbem non incelebrem ditionis Pontificiae, in qua multa corpora Sanctorum pluribus miraculis coruscant. Praesertim Divae ROSAE, cujus corpus intactum cernitur, quae attinent ad humanae vitae genus sustentandum laute cum maxima affluentia suppeditantur, fontes saluberrimi crebri prorumpunt, varijs ornamentis adjectis, quae magis pulchros nitidosque efficiunt.

Cum per aliquos dies ibi substitissem, viam versus Centumcellas suscepi, ubi marem & luctum inveni non latitiam, suscepi sicut animo conceperam, Consul etenim nationis Gallicae, qui Genuae moratur, scripsit ad Consulem in urbe supradicta degentem, ut statim ac unum navigium vestrum ab hominibus in Epistola descriptis juxta suum nomen portum Centumcellarum appulerit, detineatur, sequestratusque veluti suspectus enarratis varijs mendacijs quae malitia dicti Alexandri Bracci Genuensis suggererat, relationemque de me pessimam fecit coram Eminentissimo Cardinale Polegnac Legato Regis Galliae sicut etiam Gubernatori Romano, & eo tempore quo ab Ecclesia egrediebatur statim detentus sui ductusque

ad carcerem vnà cum meo seruo, ibiq; māsī per duas hebdomadas, institutoq; examine varias interrogationes nobis fecerūt, litteras omnes quas mecum ferebam acceperūt, miseruntq; ad Residentem nationis Polonicæ, & ad Cardinalem Polegnac, recognitisq; litteris ab illis veris prout erāt, statim ac Gubernator Cētūcellarum & Consul Gallus certiores sūt facti de mea persona libertati nos restituerūt, eduxerūtq; ex carcere recurrēte festo Divi ANTONII Patavij, in cuius Ecclesia devotiones nostras habuimus, gratiasq; egimus.

C A P V T XI.

§. I.

Eodem die Romam versus discessimus: Residentemq; nostræ nationis adivi, qui magna cum benevolētia me excepit, admonuitq; Cardinalem Albanū Alexandrum de meo adventu & persona, idemq; Cardinalis Alexander Albanus allocutus fuit Cardinalem Polegnac quærimoniam habens coram eodem, de malis modis, quibus à Consule Gallo in vrbe centumcellarum sui tractatus, iussitq; statim ut coram dicto Eminentissimo Polignac, quā primum ego quoq; me fisterem; adivi statim, ejusq; aulam vix sum ingressus cum audiētiā facilem apud dictum Eminentissimum obtinui, qui ut me conspexit brachia in modum amplexus super meos humeros flexit, edixitq; parce! parce! per amorē DEI atq; offer bono amino mala quæ fuisti perpeffus non enim sine magna causa hoc infortunium Dominationi tuæ contigit; familiariter mecum agens suos sensus arcanūq; mihi patefecit hoc pacto, sciat vestra Dominatio aiebat Eminentissimus, quod in delatione huiusmodi armorum ex Regno Gallie eductorum & in litteris nomine Regio Vestra Dominationi liberum passum permittentibus magnum fomentū incendiij bellici,

lici, quod conflagrare potuerat inter Regem Christianissimū Gallie & Turcarum Imperatorem latebat, ponebat etenim in periculum fracti fæderis initi de non offendendo se ad invicē verbum ejusdem Regis, qui huiusmodi litteras sigillo Regio munitas veluti fædisfragas fuerat largitus, quod contigisset, si ego captus fuisset à Turcis, tunc etenim manifestius potuisset, defectus promissi Regij, quod inconueniens Majestati ejusdem Regis & bono politico reputaretur, his prudentissimis sermonibus alijsq; magis prolixis Eminentissimus Legatus me delinivit, litterasq; statim ad Consulem Gallū, quibus vt omnia quæ acceperat idē Consul statim mihi redderet, arma nimirū & omnia impedimēta, quæ mecū in navigio habui, tranquillitati auxilio divini Numinis sic restitutus, quietus animo annum integrum Romæ translegi, sub Regio patrocinio Serenissimæ Reginæ Angliæ origine Polonæ de Familia Regia Joannis III. Sobieski, quæ non desijt per suū secretariū me iuvare apud præfatum Eminentissimū Legatum Polegnac, qui me in integrum restituit de ablatis omnibus meis rebus.

Cardinales non pauci audiverunt factū nō vulgare, sed aliquantū grave, quod mihi evenit, & mirati sunt non exiguū mei animi conatū, qui contra Turcas bellum gerere fatale obstinatūq; moliri aggrediebar; Papa ipse BENEDICTUS XIII. factus fuit conficius harum rerum, quæ mihi improspere acciderant, iussitq; statim me quærere, vt à me ore narrationē rei perciperet; sed ego infirmitate non levi correptus voluntati Pontificiæ obsecundare non potui propter justū & legitimū impedimentum; indolui nimis, quod carui hac felicitate fruendi benefico Pontificis aspectu, cui si corā steterissem non sinē munifica remuneratione ab illo fuisset dimissus.

Specimen non unum, sed multiplex suæ magnificentie tenui annis elapsis & majora tenuissem, si morbus supradictus importunē mihi non supervenisset; convalui tamē post aliquot menses & pri-

& pristinae valetudini favente DEO sui restitutus, sed alius maeror dolorq; acerbissimus animū meū perculit, nimirum inopinatus nūcius mortis Benedicti XIII. summi Pontificis, quæ die 27. Martij occurrentis anni 1730. contigit sub vesperā: illachrimāte universo terrarū orbe Christiano Catholico, qui illum incolumē ad Nestoris annos propter illibatā integritatē vitæ & sanctimonie ardentibus votis optaverat, & præsertim Roma tota summo Pastore viduata exequias solemnes ejus funeri iudixit pretio omnium Campanarum sonitu, qui solus civiū lachrimas omnium & dolorem incredibile à cordibus saxeis etiam poterat extorquere.

Dolor, qui, dum hoc narro, cor meū de novo fauciat, abrumpit simul narrationis filū, & sequentē depromere cogit affectum. Salve o supremū Columē Ecclesie qui Vicarias Christi vices geris in terris ut post hujus temporis caducitā adepturus sis imparcensibilem Gloriam æternitatis, ego natus in ultima Polonie parte fama tuæ sanctitatis cōmotus radijs tuarū virtutū veluti excitatus, spretis tot periculis itinerū, tot viarū incōmodis neglectis huc accessi, & veluti ad fontē Beatitudinis terrenæ convolavi, ut præsentie tuæ ubertate & alloquii dulcedine satiarer, quantum in votis obtaverā arrisit mihi largiri DEUS Optimus Maximus, rerū omniū conditor qui me ex nihilo produxit, & Adæ peccato infectū suo pretioso sanguine redemit. Cum hæc prima limina istius novæ Beatæ Sion tetigi, cælesti lumine affatus, sedē veluti Emphyrei in terras delapsam aspexi, vix etenim oculos huc illuc circumtuli, tum Martyrum piissimas memorias, sanguinem adhuc calletem indicitabā, Apostolorū vestigia in prædicationibus vivissima, in miraculis perspicua, in operibus mirabilia occurebant, uno verbo tota urbs Roma quanta est in suis collibus meliori donatus meus animus reputatus est, cū Te primavice supreme Christi Vicarie qui potestatem ligandi atq; solvendi in terris habuisti Te salutavi.

Antequam tuū conspectū Venerabilem in terris formidabilem

infe-

inferis & Cælo reverendū intuerer, horrebat animus & pudore quodā suffundebatur, ante sanctitatis Tuæ pedes humi procubere, ille qui longe degens præsentiam Tuæ sanctitatis animo tacito revolens venerationē incredibilem concipiebā vix admissus ad Tuum conspectum Beatissimū statim luce circumfusus Tuæ bonitatis, linguā quæ debebat esse silentio obstricta, propter tam admirabilem Majestatem in terris elucescentē, protinus solvi atq; in hos sensus erumpere pia devotio jussit. Ergo Beatissime Pater sicinē tam sum fortunatus, ut alloquio Tuæ beatitudinis perfruar? O! fortunati labores, o! viarum incōmoda & pericula, o! felix distantiarū tractus, qui me huc detulisti, vix etenim introductus ad præsentiam Tuæ sanctitatis labores præteriti & incōmoda se verterunt, in dulcissimā memoriā gaudiorum & oblivio totalis exorta est in meo corde omniū malorū perpefforum, cum lux præsentie Tuæ Beatissimæ, ante meos oculos est obversata, quæ fecit ut dispulsa caligine, timoris feliciter auspiciū sumerem de meis fortunis, tã spiritualibus quàm temporalibus. Animus deficit, mens langvet, cum memoria repeto illam diē, illā horā fortunatissimā, in qua ad conspectum Tuæ sanctitatis sum introductus, vix loqui poteram, & Tu verba suppeditasti, vix desideria conceperā, & Tu ad faustissimū partum eduxisti, vix sperare inceperam & Tu mea spei exitū complevisti cum bonitatis Tuæ thesauro profuso me confirmasti & ad bene sperandum erexisti.

Quis enarrare poterit eximiā charitatē, quis cōputare omnes profusæ dilectionis actus indigno mihi peregrino exhibitos, mens mea deficit calamus langvet, partim ob dolorem quem juste sentio, partim ob stuporē tantarum gratiarum, à summo in terris Christi Vicario tam liberaliter immeritæ personæ exhibitarum. Sic est mens deficit, calamus langvet, & in aliud tempus differre jubet, ratio tam magis argumenti accuratam deductionem.

Summo Pontifice defuncto Officiales Camerae Apostolicæ

Es

Pala-

Palatiū Pontificium ut spoliū faciant, jacēte super feretrū cadavere superdicti Pontificis cum assistentia Capellanorum & præsentibus pænitentiarj Sancti PETRI. Non multo post ex Palatio Pontificio Cardinalis Patronus seu Minister statūs, & statim Cardinalis Camerarius militibus Helvetis stipatus supervenit, ingrediturq; aulā & cubicula Pontificia. Datarius, Secretarij alij officiales, qui sigilla demortui Pōtificis tenent, ea statim deferunt præfato Cardinali Camerario, qui coram Auditore & Clericis cameræ & thesaurarijs frangit, annulus pariter piscatorius auri solidissimi valoris centum scutorum discinditur in multa fragmenta, quæ ad ceremoniarum Magistros pertinent; hoc interim tempore pænitentiarj Divi PETRI una cum Capellanis præsentibus, ut antea dixi, adsunt defuncto Pontifici, cujus cum cadaver postquam aromatibus fuit inunctum indutumq; solitis vestibus Pōtificiis, deferitur in pulsatione duarum horarū ex monte Quirinali ad Palatiū Vaticanum, si contingeret, quod ibi obiret, & translatio fit cum equitibus levis armaturæ cum tubis raucis, vexillisq; cōplicitis, additā legione Helvetorum militum cum suis hastis facibus accēsis sequentibus pænitentiarj lectica aperta in qua cadaver decumbit. Translatio, cadaveris BENEDICTI XIII. cum his ceremonijs enarratis non fuit peracta, quia in Palatio Vaticano obiit.

Capitulum Sancti PETRI sequenti mane pergit accensis facibus ad sumendum expositum cadaver & deferit ad Capellā Sanctissimi SACRAMENTI, in qua habitu Pōtificiali indutū ardentibus circū plurimis facibus spatio trium dierum expositum manet ad osculum pedis universo populo, qui devotionis causa frequentissimus accurrit, mæstusq; osculatur protensum pedem summi Pastoris, à cujus manu toties benedictionē impetratā, dum vivebat, acceperunt; novem diebus cōtinuis in capella prope chorum solemnissimā de requiē assistente toto sacro Collegio fuit celebrata, cum distributione candelarum populo facta, postrema nocte tertij diei supradictum ca-

daver

daver Pontificis coram testibus & publico Notario sic indutū, ut fuerat expositum, includitur in arcam plumbeā adjectis signis & numismatibus, rursusq; eadē capsā plumbea in alterā cūpressiōnā includitur & veluti depositum privatum conditur in eadem Basilica Divi PETRI usq; dum mausoleum seu sepulchrum magnificentissimum erigitur curā consanguineorum ejusdē Pontificis. In primis illis diebus tribus omnium Ecclesiarum campanæ flebilem ediderant vocē, & in qualibet Ecclesia Missa solemnissimè de requiē fuit celebrata juxta ritum à sanctæ memoriæ INNOCENTIO XII. introductum; carceres aperiuntur transferunturq; noctu Capitales rei ad carceres oppidi sancti Angeli, liberatis exsolutisq; debitoribus, in carcere detentis, qui tunc temporis libertate donantur.

§. I I.

Magistratus Romanus accepto nuntiō mortis Pōtificis sonitu æris campani in aula Capitolina cogitur, ibiq; multa opportuna consilia decernit pro incolumitate vrbis Romæ tuenda, populo certiore facto obitū Pontificis, pulsatione majoris cāpanæ & tympanorū per riones vrbis idē magistratus propria authoritate utens jubet, ut carceres Capitolij aperiuntur, datā libertate detentis debitorum civilium causa obstructis, ut domos proprias pergant, tribunos seu ductores vulgo Caporiones appellatos, qui noctu per destinata vrbis loca militibus recenter adscriptis cursitant & remeāt suppedatis armis sumptis, ex loco in quo stationem habent. Legatis Regum & Reipublicæ Veneræ addiderant milites excubias agentes ad fores Palatiorum, in quibus sedem suam habent, propter tumultum vulgus plebisq; Romanæ, quæ sublato summo Principe insolens solet esse, quamvis animadversio & coercitio malorum hominum vigeat penes sacrum Collegium, & præsertim Cardinalē Camerarium, qui usq; ad ingressum

Cardinalium in conclave palam cum militibus helvetis per totam urbem progreditur, eudique monetam, impresso proprio stemmate gentilitio. Hoc medio tempore conveniunt Cardinales in sacello Divi PETRI, ut ordinent omnia necessaria ad Conclave, eliguntque Officiales, quos destinant, ut in conclavi ipsidem inserviant.

Legati & Principes Romani officia sua obeunt, apud eosdem Cardinales, quibus obsequij causam unum genua flectunt: paucis diebus ab innumeris artificibus in medio Basilicæ Sancti PETRI mausoleum multis asseribus & trabibus erectum fuit compactum additis varijs ornamentis funebribus & numismatibus gesta defuncti Pontificis exprimentibus, interjectisque inscriptionibus, quæ paucis verbis laudes & virtutes ejusdem Pontificis enunciabatur cum longa serie facum seu cereorum. Nono die numerato à morte Pontificis Cardinalis Episcopus solemnem Missam de requiem celebravit, assistentibus quatuor Cardinalibus cum Infulis præsentate sacro Collegio, & post Missam absolutam Cardinalis, qui celebravit, una cum quatuor dictis Cardinalibus Infulatis ascendit gradus aliquot molis funebris erectæ, circuitque angulos feretri, aquæ benedictæ asperfusionibus passim factis & thure igne cremato, cum turibulo præ manibus circumsparsis. Absolutis novem diebus Exequiarum supradicti Pontificis, sequenti mane decimi diei incipientis Cardinales in Chorū solitum Sancti PETRI conveniunt, ubi Cardinalis Decanus celebravit Missam de Spiritu Sancto & absolvit, unus Præsul conspicuus suggestum conscendit, & panegyrim funebrem latinam habuit, in qua præconia & gesta mortui Pontificis fuisse laudavit, necessitatēque ostendit eligendi dignum successorem, persuasitque Cardinalibus, ut invocato Divino Spiritu celerius, quam possent novum Pontificem eligerent, quæ finita oratione Magister ceremoniarum sumit Crucem Pontificiam subsequentibus musicis capellæ, qui Hymnum *Veni S. Spiritus* concentu vocum ordinato cantant; post quas sequuntur Cardinales bini & bini, & hac processione ingrediuntur

diuntur conclave destinatum in Palatio vaticano. Paulisper versantur in Capella Sixtina, in qua Cardinalis Decanus recitatis aliquot precibus surgit cum alijs Cardinalibus: eodem ordine unusquisque propriam cellam seu cubiculum adit in Conclave, ceremoniarum directores cuilibet personæ discessum celerem indicant, & conclave ubique claudunt, singulique Cardinales duas personas necessarias pro eorundem servitio sibi designant, omissis alijs personis, quæ universo conclavi inserviunt.

Redeunt post modum præfati Ceremonistæ, qui solent esse quinque participantes curantque, ut postquam omnes in conclave fuerint introducti, coram sacro Collegio Bullæ electionis Pontificis novi respicientes & normam vivendi in dicto conclavi, Cardinalesque obligantur observare, præstito juramento. Sic jurat Princeps Gifus veluti Mareschalcus G. Romanæ Ecclesiæ, qui proprijs sumptibus legionem militum constituit pro majore custodia ejusdem Conclavis ejusdem vigilantie concediti, juramento quoque se obstringit Clericus Camerae, utpotè Gubernator districtus Borgi & conclavis; cujus origo refertur ad Gregorium X. Pontificem. ut hoc rigore Cardinales cogat ad sollicitandam Electionem futuri Pontificis; ipse etenim Gregorius post duos annos Sedis vacantis fuit electus Pontifex multis factionibus militantibus in eodem sacro Collegio cum in arctiore custodia non maneret propter nondum inventum conclave, idcirco tardè nimis deveniebant ad faciendam novi Pontificis creationem.

§. III.

Sanctus Cardinalis Bonaventura Generalis Ordinis Sancti FRANCISCI Doctor eximius, id egit maximè, ut concilium Lugdunense convocaretur post Electionem dicti Gregorij, & regulas legesque illas præscripsit in conclavi observandas. Palatium itaque Vaticanum juxta numerum Cardinalium cellas facticias

cias seu amovibiles complectitur & unusquisq; Cardinalis duas tenet, pannò viridi testas, violaceo autem sunt coopertæ illæ, quas habitant creaturæ Pontificis recenter defuncti: Cardinales igitur post recitationem Bullarum propriã cellã subeunt dormiendæ causa ibiq; comedunt, quamvis pleriq; illo die proprias domos petãt; dummodo sequenti vespere ante pulsationem tertiæ horæ noctis redeant, tunc etenim primus Ceremoniarum Magister nolam pulsat, ut hoc signo omnes Legati, Principes, Præsules alijsq; abscedant, exceptis personis supra memoratis; sic clauso conclavi remanent tantummodo Rotæ similes illis Monialium, quas eadem nocte Cardinalis Decanus & Camerarius visitant, perlustratis alijs locis conclavis ne aliquid desit, quantum attinet ad fores exteriores Vaticani Palatii, præsidium Helveticorum militum excubias agit; in atrio verò ejusdem Palatii prope cubicula Gubernatoris conclavis, stationem habet Légio aliorum militum Italarum, quos conscripsit supradictus Mareschalcus, ibiq; vigiles adsunt, præsertim in ostio primario, in quo sunt septem rotæ per quas dapes Cardinalium introducuntur.

Durante tempore Sedis vacantis camera Apostolica subiacet omnibus impensis pro sustentatione faciendâ omnibus Cardinalibus & conclavistis; quolibet ergo die prope meridiem & sub vespere dicti Officiales juncti cum aulicis nobilibus proprii Cardinalis curribus subvecti pergunt ad Vaticanum, statimq; efflagitant à Magistro rationũ sacri Collegij prandium suorũ Dominorũ; dapesq; sumptas in culinis deferunt ad Rotas conclavis & hoc ordine procedunt. Primi etenim sunt duo Parasfrenarij cum baculis longis præ manibus violaceo colore illicitis, cum stemmate Cardinalis, postea Camerarius subsequitur cum Maza argentea; sequuntur sex nobiles de eadem aula. Postmodũ epularũ incisor, cum Dapifero veniunt, postremò aliqui servi ferentes canistros pellibus intus, exteriusq; contextos, in quibus patinæ cum offis & dapibus alijsq; esculentis additis lagenis vini optimi.

Cum

Cum ad Rotas pervenerunt, altâ voce proprii Cardinalis nomen appellant, usq; dum Camerarius in conclavi manens audiat; accedensq; ad rotas omnia ista comestibilia accipit, transfertq; ad cellã Domini sui Cardinalis. Ista tamen omnia ciborum genera, antequam introducantur sunt diligenter excussa & visitata ab uno Prælato & conservatore Urbis Romæ propter metum, ne aliqua Epistola seu schedula scripta clam involuta transmittatur: Post omnium Cardinalium epulas sic introductas cursor Pontificis violaceâ veste amictus claudit Rotas, & Prælatus assistens proprium sigillũ applicat foris, intusq; idem peragunt Magistri Ceremoniarum; isti Prælati assistentes rotis supradictis deputantur à sacro Collegio, aliquando etenim auditor Rotæ, Clericus cameræ, Prototonarius seu Referendarius vices sibi alternat juxta Gubernatoris ejusdem conclavis præscriptum.

Legati, Gubernator Romanus & districtus Burgis Senator & conservatores Romani admittuntur ad audientiam sacri Collegij eodem bene modo, quo pergunt ad portã & tres Cardinales capitæ ordinis excipiunt, deferunt sua officia & responsa nomine omnium Cardinalium; soli isti tres deferunt: quolibet mane. Durante Sede vacante Clerus sæcularis & Regularis cogitur in Basilicâ Sancti LAURENTII in Damaso, ibiq; processiones instituunt ad Basilicam Divi PETRI tendentes cum cantu Litaniarum alijsq; orationibus recitatis pro impetranda à DEO Optimo Maximo Electione optimi Pontificis; si tempore conclavis Cardinalis aliquis in gravissimum morbum inciderit licetia petita à sacro Collegio potest egredi & si postquã fuerit egressus novi Pontificis electio ab alijs Cardinalibus fiat, absens Cardinalis nihil potest opponere; hac de causa Cardinales in conclavi jam stantes solent protrahere mensem & plus, ut interim exteri Cardinales ex longinquis partibus Romam veniant expeditis Tabellarijs hoc finem citissimis, ut mortem Pontificis jam secutam nuntient. Si aliqua persona alloqui Cardinalẽ aut alios conclavistas optaret, id non dene-

denegatur horis assignatis excepto semper tempore scrutiniij aut accessus; qualiscunq; sit sermo sive Italica lingua, sive Latina conceptus debet haberi coram Assistentibus conclavis non submissa, sed clara voce, Conclavistæ fruuntur multis privilegijs, quæ Cardinales servaturos se esse jurant jisdem, postquam fuerunt ingressi, Camera Apostolica assignat supradictis decem millia scuta ad invicem dividenda, beneficiorû collationes possunt habere, imo præferuntur alijs, dummodo redditum mille scutorum non excedant, eadē beneficia pensiones possunt resignare ad favorem aliorû, dummodo actualiter inserviant Cardinali alicui spatio saltem unius anni,

§. I V.

Sequenti mane post ingressû conclavis jam factum Cardinalis Decanus Missam de Spiritu Sancto privatâ celebrat in qua idem omnibus Cardinalibus sacrum Eucharisticum panem dispensat, brevemq; concionem habet, in qua eosdem Cardinales adhortatur vt serio cogitent de Electione faciendâ novi Pontificis, quolibet die interjectis temporibus proceditur ad electionem quæ per scrutinium, per accessum & per inspirationem peragitur, quolibet manè scrutiniû hac formâ habetur: Eligantur sex altaria in capella Paulina præter majus Altare, super dictas sex aras Cardinales privatam Missam celebrant, postea sacrista Missam cantatam habet, de eligendo Pontifice coram sacro Collegio, assistentibus duobus Ceremoniarum Magistris, qui pacem deferunt tribus Cardinalibus primis ordinum, quibus pariter thus adolent; quâ finita petunt capellam Sixtinam ab eo tempore clausam, & unus quisq; Cardinalis ponit propriam schedulam scrutiniij in calice aureo, scriptam ab uno conclavista, firmatamq; à Cardinali sigillo semper diverso. *Eligo in summum Pontificem Dominum meum Reverendissimum Cardinalem NN.* supradicta schedula multas-

plicatu-

plicaturas habet, nomine Cardinalis in extremitate posito, quæ plicatura sigillata tegit atq; *eligo* scriptum manu Conclavistæ, ne detegatur author ejusdem schedulæ. Quando Electio facta fuerit per accessum, aperitur sigillum extremæ plicaturæ ut possit perlegi nomen Cardinalis, qui concurret, si non per accessum tunc schedula dicta non lecta nec visa comburitur; tres Cardinales primi in ordine extrahunt omnes, postquam adiverint cellas infirmorum Cardinalium à quibus proprias schedulas exigunt, easq; omnes simul jungunt, si ad unum tantum Cardinalem eligendû collimaverint & si duplicata tertia pars votorum in unum concurreret, ille statim creatus Papa intelligitur, sed si scrutinium & accessus exitum habet oppositum, Sacrista comitatus una cum supradictis Magistris Ceremoniarum ingrediuntur præfatam capellam, jubetq; comburere omnes schedulas coram sacro Collegio: Secundus modus creandi Pontificem fit per accessum, cujus intelligentiæ causâ sciendum est, quod si sacrum Collegium in diversa studia est scissum, & tunc si aliquis fuerit nepos defuncti Pontificis, tunc est caput & veluti Dux illius factionis, Imperator & Reges Galliæ & Hispaniæ qui fovent suas factiones in personis Cardinalium sibi subditorum ductores factionis sunt illi, quibus inclinatur Regis arbitrium ut nominetur & isti pleriq; obtinent veluti certa vota Cardinaliû deprehendentium & sufficit vt dicta capita factionis duo vel tria uniantur, vt geminata tertia votorum pars resultet, sicut antea dixi; verum tamen est, quod Cardinalis, qui eligendus proponitur nullam exceptionem habere debet, exempli causâ, si subditus alicujus Regis proponitur, qui intimus nimirum præsumatur affectioni Regiæ, ad quod circo Cardinales, qui Pontificatum possunt habere dissimulant, maxima prudentia arcana propria, alioquin ille Cardinalis, qui est factionis caput posset producere exclusivâ, postquam rursus maxima cum difficultate reviviscit, proposito Pontificatus in eodē sub-

Ff

Cum

Cum à scrutinio igitur discedunt, pergitur ad accessum, qui pariter votis peragitur cum hoc tamen discrimine, quod in accessu nominari nequit idem Cardinalis, qui in scrutinio fuerit nuncupatus, ideoq; unusquisq; Cardinalis tenetur sequentem declarationem facere, *accedo ad Cardinalem NN: & possum accedere ut patet ex voto meo scripto*; imò unus Cardinalis non cogitur eligere Papam per accessum, nisi velit & in hoc casu scrutinio tantum adherens, protestari solet scribens *accedo Nemini*; Tertius modus eligendi Pontificem fit per inspirationem, qui est insolitus, sed quando factiones conjunctæ in Electione non possunt assequi geminã, tertiã votorum partem tunc clamant, quod afflati divino Numine debent Pontificem creare talem Cardinalem & hoc pacto contingit, ut quorundam Cardinaliũ consensus, qui firmiter factioni coalitæ adhærebat, ex vi hujusce clamoris inter se discordes remittunt ad voluntatem alicujus viri sanctimonia vitæ vel virtute insigni pollicentes recognituros esse Pontificem illum Cardinalem, quem supradictus vir nominaverit, sicut casus contingit in Electione Gregorij X. nominati & Electi ad hanc dignitatẽ consiliõ Sancti BONAVENTURÆ Cardinalis eximij Doctoris statim Papa fuit Electus; Cardinales primi in ordine exigunt ab illo consensum sicut faciunt Magistri Cere- moniarum & publici Notarij formant processum verbalem Electionis.

Certiore facto sacro Collegio, duo primi Cardinales Diaconi novum Pontificem post altare, ubi à Sacrista & Magistris Cere- moniarum exutis vestibus Cardinalicis, Põficiois induitur una cum calceamentis rubris cum cruce efformata super eadẽ calceamẽta, postea sella auctus ad altare ponitur, cujus novi Pontificis pedem omnes Cardinales osculantur & manũ, adorationẽq; faciunt, & primus Decanus Cardinalis subsecutus à primo Magistro Cere- moniarum, qui crucem defert, & à musicis Pontificijs, qui cantant Antiphonam: *Ecce Sacerdos magnus*; pergit ad porticum superiorẽ atrij

re atrij Basilicæ, ubi Benedictiones versus plateam Sãcti PETRI collecto populo universo solent impartiri Pontifices, eundemq; Populum certiorẽ facit, novæ Electionis jam secutæ hujusmodi verbis: *Annuo vobis gaudium magnum habemus Pontificem Eminentissimum Cardinalem NN: qui sibi nomen inposuit. N: atq; eodem tempore juxta signum datum à tormentis parvis seu mortarijs positis propè Palatium Sancti PETRI. Statim omnia tormenta muralia Arcis sancti Angeli maximo cum fragore exploduntur addito sonitu campanarum omnium urbis & protinus ille Capitaneus illius stationis in qua situm est Palatium novi Potificis comitatus cum suis militibus occupat fores ejusdem Palatij ibiq; excubias seu custodiã agit.*

Eodem die sub vesperam, aut propè meridiem novus Pontifex indutus vestibus Põtificijs, id est cum cappa & Tiara defertur super Altare capellæ Sixtinæ, ubi Cardinales violaceis cappis amicti secundam adorationem illi præstãt, hoc eodem tempore claustrum conclavis frangitur & Cardinales descendẽtes per scalam Regiam servato ordine præcedẽtib; musicis capellæ Pontificiæ Basilicam Divi PETRI ingrediuntur: post quos sequitur novus electus Põtifex humeris delatus à suis palafrenarijs sub umbraculo vel Baldachino, quod super altare majus illius Basilicæ coram populo infinito, qui idem Templum occupat, sicut & porticus inter solemnes & lætas acclamationes solemniter canitur *Te DEUM Laudamus*, & ibi Cardinales sedente pro tertia vice dicto novo Põtifice adorationem tertiam illi exhibent. Postea Cardinalis Diaconus apertæ Epistolæ legit aliquos versiculos & preces in ceremoniali Romano descriptas, postea descendit Papa, cui Cardinalis Diaconus adimit Mitram & ipse statim benedictionem solemnem Populo impartitur.



§. V.

EXtus deinde paramētis sellā gestatoriā ducitur ad propriam aulam & Cardinales proprias domos petunt & sequenti vespere multiplices coruscationes ignis instituntur passim per urbem sparsæ, quæ lætitiā & incredibilem gaudium in cordibus civium & extraneorū procreant. Primæ Coronatio Pontificis quæ cōmemoratur in historijs fuit illa Damasi II. Pontificis, Urbanus V. fuit primus qui uteretur Tiara triplici ad denotandum, quod summus Pōtifex fruitur potestate Pontificia, primum, postmodum Imperiali & Regiā, sicut antiquitus pingi solebat Divus PETRUS cum tribus clavibus præ manibus, & usq; ad præsentem diem in aliquibus locis cernitur. Dies festivus eligitur pro coronatione novi Pōtificis, qui à suis cubiculis ad capellā Sixti 4ti transfertur. Locum destinatum pro paramētis ingreditur capellam ipsam, ubi alij Cardinales manent in Cappis rubris. Novus Pontifex adnititur altari ejusdem capellæ reclusus, & tunc duo Cardinales primi Diaconi in cappis & sine bireto cōsuetis reverentijs accipiunt Pōtificem, cui unus illorum detrahit biretum rubrū, & alter Diaconus album ormessinum substituit, adimunt etiam superpellicium rubrum seu mucettum, interim omnes Cardinales ibi præsentēs coronā faciunt, seu circulum coram sua beatitudine, admoniti à Magistro Ceremoniarum bireto se cooperiant, supradicti duo Cardinales Diaconi sumunt à manibus Acolytorum Apostolicorum paramenta, infra ferestra id est amictum, album cingulum, stolam, pluviale rubrum, & formale aureū.

Primus Diaconus imponit capiti Pontificis pretiosam Tiaram, & tunc Magister Ceremoniarum voce alta pronuntiat *extra* Subdiaconus Apostolicus sumpta cruce Pontificia, cui Cardinales reverentiam faciunt, præcedit ante dictam Crucem scutari seu pal-

frariā

frariā geminati, in modum processionis præeunt, post quos sequuntur Camerarij, extra muros advocati censoriales camerarij secreti & honorarij suæ beatitudinis Prælati Referendarij Cancellariæ Episcopi Archi-Episcopi, Patriarchæ sequentes septem Capellani suæ sanctitatis, quorum unusquisque vel mitram seu Triregnum in manibus tenet; sequitur inde supradicta crux postquam Cardinales ultimi Diaconi profundam reverentiam præstantes novo Pōtifici innixi altari, eodemq; ordine pares numero constituti incedunt Cardinales Diaconi Presbyteri & Episcopi præeuntibus suis aulicis, postea tres conservatores Urbis Romæ prior ductorum togis holoserico nigro contextis, Legati alijq; Principes. Pōtifex in sella gestatoria positus assistentibus supradictis duobus Diaconis & Magistro Aulæ transfertur ad Basilicam S. PETRI sub Baldachino sustentato à diversis officialibus, equitibus Sæcti PETRI & PAULI.

Postquam idem Pontifex subivit porticum Sæcti Petri propè portā Sanctā erigitur unum soliu sub Baldachino appositis utrinq; subsellijs pro Cardinalibus sua sanctitas ibi sedens admittit Capitulum & Clerum Sancti PETRI ad osculum pedis præcedente Cardinale Archipræsbytero illius Basilicæ qui novo Pontifici brevem orationem recitat. Absoluta hac functione introducitur Papa licet ante gestatus, in Ecclesiam per majorem portam constitutusq; ante altare SSmi Sacramenti flexo poplite super tapetem præparatū, Sanctissimum adorat. Postmodum Mitra illi imposita ad capellā Sæcti GREGORII magni, Clementinam dictā deducitur, ubi solium alterum erigitur, in quo sedens ab omnibus Cardinalibus in cappis rubris & à Prælati adorationis homagium præstat; Cardinales manum sub pluviali osculantur, Episcopi genua, post hæc Pontifex ante seipsum crucem Pontificiam habens, solemnem Benedictionem populo impartitur: Absoluta hæc ceremoniā Cardinales Episcopi & Prælati accipiunt paramenta alba & mitras & dum

chorus

chorus Tertiam cantat, Papa induitur paramentis à duobus Cardinalibus assistentibus, & recitatur à Pontifice oratio, & à cantoribus *Benedicamus Domino*. Sedens ipse cum mitra in capite manus abluit, subministrans primus conservatorum Urbis Romæ, depositis paramentis Cardinalis Diaconus Evangelij porrigit cingulum, Crucem pectoralem, stolam, dalmaticam, hierotecas, capfulam, mitram aurò gemisq; contextam.

Hiscè rebus sic dispositis Cardinalis primus Diaconus virgâ seu baculo ordinat processionem & Capellani Pontificis trieregna præfata gestant, diversò habitu induti ante crucem præcedit Acolytus cum thuribulo & acerra præ manibus; ponit thus summus Pontifex cum solita benedictione protectaq; à Cardinale dicta acerra. Sequitur processionem Decanus sacre Rotæ, qui mitræ servitium habet, postmodum Præsules, Magister Cameræ, Dapifer, camerarij secreti Pontificis Proto-notarij, alijq; Præsules subsequuntur in suis cappis intervallum hujusce capellæ clementinæ & capellam Sanctorum Apostolorum tribus vicibus peragitur ceremonia stupæ lineæ ab uno Magistro Ceremoniarû, quam igni tradit prolatis hisce verbis *Pater Sancte, sic transit gloria mundi*, & quando Pontifex est factus proximus altari majori, ab ultimis tribus Cardinalibus Præbiteris coronatur, qui ad oscula faciei & pectoris ab eodè Pontifice admittuntur. Papa deinde genu flectens supra falsitonium ibi præparatum aliquantisper orat, sine mitra, postea surgit incipitq; confessionem Missæ hoc ordine: ad dexterâ illius manet Cardinalis Decanus & Episcopus assistens & sinistram Cardinalis Diaconus Evangelij & retro surgentes existunt Cardinales Diaconi.

§. V I.

Interim chorus cantorum introitum Missæ canit, & absoluto confiteor, Decanus Rotæ, qui mitram Papæ tenet, tradit eandem

dem duobus Cardinalibus Diaconis assistentibus, qui capiti Pontificis imponunt; postquam in Throno sederit primi tres Cardinales Presbiteri legunt unam orationem super ipsum Pontificem, postea descendit è throno, detrahitur mitra & primus Cardinalis Diaconus adjunctus à secundo imponit illi pallium hæc verba proferens: *Accipe Pallium sanctum plenitudinem Pontificalis officij ad honorem DEI & Gloriosissimæ Virginis MARIÆ ejus Marris & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ* postea Cardinalis Evangelij intus cruces dicti Pallij tres acu cum adamantè inserit, palliò hoc sic indutus Pontifex sinè mitra altare ascendit, quod osculatur sicuti librum Evangeliorum, & postquam ter adolevit altare Cardinalis Diaconus tribus vicibus eundem Pontificem incensat, admovetq; osculum sinistræ genæ & pectori Pontificis; idem peragunt duo Cardinales Diaconi assistentes. Rursus in throno sedet Pontifex & ad illius adorationem omnes Cardinales sine mitra pergunt alijq; Prælati, Episcopi, Archiepiscopi Patriarchæ & Abbates infulati & pænitentiarij Sancti PETRI cum capsula & Cardinales ad osculum pedis genu & genæ alij Prælati pedem & genu, Abbates & pænitentiarij pedem tantum osculantur.

Finitâ adoratione, Papa sinè mitra ascendit altare, legit *Introitum & Kyrie*, canit deinde *Gloria in excelsis DEO*, & clarâ voce prolata oratione, quæ dicitur in die coronationis Throno rursus restituitur, tunc Cardinalis primus Diaconus virgâ præ manu tenens, cum Subdiaconis Apostolicis, Auditoribus Rotæ & advocatis Consistorialibus, alijsq; officialibus in duos ordines divisus descendit ad confessionem: confiteor sanctorû Apostolorû & tunc voce altâ suprascriptus Cardinalis Diaconus hæc verba pronuntiat: *Exaudi Christe*, alijq; respondent *Domino nostro à DEO decreto summo Pontifici & universali Papæ vita*, quæ omnia verba ter repetuntur; postmodum altâ voce per tres vices enunciat idem Cardinalis

nalis Salvator mundi, & respōdetur, *semper illum adjuva*, postea canitur Epistola latina à Subdiacono Apostolico, Græca à Græco Subdiacono, Cardinalis Diaconus Evangelium latinum cantat, & Missa solitis ceremonijs celebratur communicans se Pontifex in Throno; absolutâ Missâ Cardinalis Archi-Presbiter Sancti PETRI cum aliquot Canonicis exhibet Pontifici unam crumenam albam calamistris aureis contextam, quæ viginti quinque Julios monetæ antiq; continet, & protestatur se dare Pontifici pro Missâ benè cantata; hisce peractis Pontifex comitatus à Cardinalibus Prælati & officialibus in sella gestatoria defertur, in forma processionis ad speculam, locum ex quo benedictionem dispensare solent Pontifices collecto populo, & toti urbi Roma, sub Baldachino seu umbraculo à conservatoribus & ductoribus urbis Romæ sustentato, ferentibus duobus parasenarijs veste rubrâ indutis flabellâ pēnarum Pavonis alarum, adjectis stemmatibus gentilijs ejusdem Pontificis; ibiq; præparato throno, summô locô positô, sedet Pontifex, assistentibus duobus Cardinalibus Diaconis, à cantoribus capellæ Pontificiæ cantatur Antiphona: *Corona aurea super caput ejus*; cum alijs versiculis & Responsorijs & à Cardinali Decano recitatur super ejusdem Pontificem, infrascripta oratio, *Oremus Omnipotens sempiternè DEUS dignitas Sacerdotis & author Regni, da gratiam famulo tuo Clementi Pontifici nostro Ecclesiam tuam fructuosè regendi, ut qui tua clementia Pater Regum & Rector omnium fidelium constituitur & coronatur, salubri tuâ dispositione juncta bene gubernetur: Per Christum Dominum nostrum Amen.*

Finita hac oratione secundus Cardinalis Diaconus detrahit mitram eidem Pontifici & alter Cardinalis primus Diaconus imponit ejusdem capiti tiaram triplici diademate præditam, gemmisq; ornata; proferens hæc verba: *accipe Tiaram tribus coronis ornata, & scias te esse Patrem Principum & Regum Rectorem orbis*
in ter-

in terra Vicarium Salvatoris nostri IESU Christi cui est honor & Gloria in secula seculorum: Amen. Postea trinam benedictionem populo impartitur cum indulgentia plenaria: exutus paramenti Pontificijs nomine sacri Collegij Cardinalis primus Presbiter faustum, omen eidem ad multos annos annuntiat, & in propria cubicula secedit; absolviturq; dicta solemnitas cum explosione tormentorum oppidi sancti Angeli duobus diebus subsequentibus; additâ etiam acclamatione & lætitiâ ignium artificialium.

§. VII.

ADveniente die possessionis accipiendæ à Clemente XII. feliciter regnante in primaria Basilica Lateranensi, qui dies solet esse festivus, tota aula coit in Palatio Vaticano & discedit in equis eximie phaleratis & solemnî apparatu & equitatu ad Basilicam Sancti JOANNIS LATERANENSIS pergit hæc formâ, quam describo: duo Tympanistæ & quatuor equites levis armaturæ exordiuntur, equitatum suprascriptum sequuntur Magistri rationum Cardinalium ferentes peras auro & murice intextas sequuntur, qui macas argenteos deferunt cum stemmatibus gentilijs super eorundem sellas, nobiles & Capellani Cardinalium Legatorum, & Principum equites & Barones Romani subsequuntur, una cum lectoribus equis pariter insidentibus, ordinemq; istiusmodi comitatus regentibus, quatuor scutarijs Pontificis aliquas cappas rubras ferentes, duo Magistri rationum Pontificis induti iisdem vestibus cum geminis bulgis holoserici rubri auro intextis; post hæc servi stabuli Pontificis rubris vestibus tecti, qui equos albos seu chineos manu ducunt, quos Legatus Cæsareus quolibet anno præsentat Pontifici, recurrente vigilio festi S. PETRI veluti symbolum feudi, quod super Regnum Neapolitanum tenet; Istæ chineæ multo auro & argento in rubro holoserico elaborato, succedunt

cedunt iisdem chineis plures mulæ phaleris pretiosis ornatae, tres lecticæ holoserico rubro auriq; multo artificio per fila acu elaboratae, quas stabuli Põtificij præcedit unâ cum duobus officialibus equitatibus; tota nobilitas Romana & omnes Titulati equitant stipati magno fervorum numero quinque Macieri Pontificis cû togis coloris violacei, post quos quatuordecim Tympanistæ pedibus incedentes, sericeis rubris vestibus induti cû plumis ad pileû additis insignijs quatuordecim sesteriorû Urbis Romæ, chorus tubicinum Pontificiorû rubris vestibus indutorû cû maximo luxu, cubicularij Apostolici in togis rubris & camerarij extra muros, Cõmissarius Fiscalis Cameræ in indumento violaceo; Advocati Cõistoriales habitu nigro, & Capellani cõmunis familiæ robro prosequiebantur, Camerarij Secreti, & honorarij Põtificis violaceo habitu induti succedebant, sequentibus quatuor ultimis participantibus, qui deferunt super aliquot baculos quatuor galeros seu pileos Cardinalicios, cernere erat demum quadraginta Ministros populi Romani & inter hos Judices Magistri justitiarij dicti, advocatus fiscalis, Secretarius, Notarij comptistæ &c; qui nigris togis holosericis induti, biretisq; juxta morem priscum in capitibus habentibus, numerum istius solemnibus equitatus addebant abbreviatores, de parco majori appellati, dispositi per ordinem una cum Clericis Cameræ votatibus, signaturæ Auditoribus Rotæ & Magistro sacri Palacij ad sinistrâ Decani Rotæ.

Aspectû pulchrû efformabât oculis intuentiû quatuordecim Marchalci induti albis vestib; super additis alijs violaceis cû biretis holoserici nigri addito ornamentõ aliquot gemmarû, procedebant Põtificij macciferi & tres conservatores Urbis Romæ cû solitis vestibus gradiébatur, subsequēbatur demû Gubernator urbis Romæ, Principes solij Pontificij consanguinei suæ sanctitatis, & Legati Regum & Reipublicæ Venetæ, duo Magistri Ceremoniarum una cum crucifero, qui versus faciem Pontificis crucem desert, impositus inter

duos

duos officiales nuncupatos virgas rubras, quas in manibus gerunt, implent ordinem istius equitatus quinquaginta Adolescentes, nobiles Romani, sericeis vestibus albis induti cum innumeris calamistis pretiosissimis propè lecticam delectâ ejusdem Pontificis incedentes una cum Magistris, viarum cursoribus alijsq; innumeris famulis Pontificis; equitat deinde Capitaneus militum Helvetorum gerens galëa in capite & loricam succedens in medio eorumdem; lectica apertâ Pontificis holoserico rubro cooperta aureisq; filis intexta, in qua Põtifex sedebat sericâ stolâ ornatus & superpelliceo & altero sericeo æstivo additõ biretõ ejusdem materiæ, sequens immediate dictam Lecticâ Magister Cameræ, cum alijs nimirum eleemosinarijs, convivij structor, Secretarius Medicus.

Memoriæ proditû est, quod nõ pauci summi Põtifices equò infidētes huic possessionis diei faustissimo intervenerūt, alijsq; Cardinales exemplo Pontificis equitant, exceptis ijs qui senectutis vel ægritudinis morbo laborant; illi etenim legitima excusatione impediti in curribus proprijs Ecclesiam Lateranensem petunt, post Cardinales sequuntur Patriarchæ, Archiepiscopi & Episcopi assistentes Protonotarij Apostolici participant, Auditor, Cameræ Thesaurarius, Referendarij signaturæ: claudunt demum descriptû ordinem equitatus duæ legiones equitum levis armaturæ induti vestibus muriceis, aurõ ad extremitatem ornatis; subsequuntur mox equites, turma equitum loricatorum hominum cum gladio nudo præ manibus: viæ per quas trajicit præfatus equitatus sunt sequentes: ab ea parte Palatij Vaticani incipit primum & venit per novum burgum usq; ad pontem sancti Angeli: hinc per scamna Sancti Spiritus vulgo Bauki appellatum Sanctum Thomâ pariorē Ecclesiam, Sancti Andree vallis dictam, postmodû per viam Cæsariarum Ecclesiã JESU & per Capitolium maximo cum pompa ornato & præcipue cum insignibus explicatis Sesteriorum urbis Romæ & Pontifici occurrit Senator Romanus, qui in patetâ argē-

gg2

teâ

teâ claves Capitoli j præsentat, recitatq; brevissimam orationem consuetû sceptrum eburneum, cui peroranti benignas Papa aures præbet, in campo vacinio Dux Parmensis in honorem ejusdem Pontificis arcum triumphalem ante prospectum deliciosæ villæ erigere jubet, non sinè magna impensa; deinde graditur subtus arcum Titi Vespasiani & porrigente sese viâ latissimâ ad sanctû Clementem primû & demum ad Basilicam Sancti JOANNIS LATERANENSIS spectante multitudine gentium huc illuc sparsa, quæ numerari vix potest; relicta auleorum magnificentia, quæ vias pulchriores visu & nobiliores reddunt.

Cû novus Pontifex ad porticû præcipuû Divi Joânis Lateranensis pervenit, & lectia descendit, Cardinalis Archi-Præbiter illius Basilicæ offert crucem osculo Pontificis, qui thronum ibi præparatum petit, ibiq; indutus ornamentis Pontificalibus, cum mitra pretiosissima excipit Canonicus & totum Clerum ad osculum sacri pedis, eodèq; tempore dictus Archi-Præbiter brevem orationem concinnat nomine totius Capituli, præsentatq; in una Patera claves illius Basilicæ unam auream alteram argenteam floribus undiq; circumdatâ, hoc medio tempore Cardinales paramenta sacra sumunt, & Papa progreditur versus ostium primariû, ubi Cardinalis Archi-Præbiter aspersorium præsentat, quo sibi benedicens postmodû aquâ eandem benedictam spargit super Clerum, aliosq; adstantes, præfatusq; Archipræbiter Pontificè thure adolet: his peractis Pontifex sedem gestatoriam ascendit delatam humeris aliquot Palefrancorum per medium Templum usq; ad majus Altare sub Baldachino ab ipsdem Canonicis sustentato ante Altare Sanctissimi Sacramenti preces effundit, quibus finitis deferitur rursus in Chorû super thronum ibi præparatum, cui Cardinales obedientiam & adorationem præstant, & postea benedictionem impartitur assistentibus & interservientibus duobus Cardinalibus Diaconis, qui imponunt detrahuntq; mitteram juxta præscriptum ceremonialis Romani.

Descen-

Descendit deinde à prædicto throno & ad Palatiû Lateranense transfertur, cantantibus musicis interim antiphonas diversas & legente primo Presbytero Cardinali aliquas orationes; ipse Pontifex jubet distribuere omnibus Cardinalibus unû Numisma aureû, avectus ad speculam consuetam inter acclamationes lætas populi magnâ frequentiâ illuc collecti duabus vicibus eidem populo benedictionem dispensat eodem modo, quo se gessit, in die Coronationis, in Ecclesia Sæcti PETRI, eodemq; tempore projici jubet monetas exiguas argenteas, benè innumeras præferentes in unaq; parte stemma Pontificium & in altera diem possessionis. Plura adderem circa has ceremonias, sed brevitatis causâ omitto, ea tamè, quæ vidi in creatione coronatione & acceptione possessionis ejusdè Pontificis Clementis XII. feliciter Regnantis non fusè sed breviter perstrinxi, vt notitiam aliquam meis alijsq; ultramontanis subpeditarem, si non plenâ, saltem sufficientè pro idea aliqua concipienda istius modi triplicis solemnitatis; & de Conclavi abunde dixi suo loco prout meis oculis vidi congregari anno 1730, & dissolvi post menses quatuor Sedis vacantis & die 12. Julij creatio summi Pontificis contigit.

§. VIII.

Summus Pötifex vt pote Vicarius CHRISTI & successor Divi PETRI caput visibile universalis Ecclesiæ & Pater cõmunis omniû Christianorum reputatur, cujus jurisdictio, in quantum attinet ad spirituale regimen extenditur super omnes illos, quî filij ejusdem sanctæ Ecclesiæ sunt, & hæc singularis prærogativa jure merito eidem adscribitur, atq; id circo primû locum sibi vindicat & longe excellit super omnes Reges Imperatores aliasq; potestates terrenas sicuti ejus Nuntij & Legati à latere præferuntur Legatis Regû & aliorû Principum; Idem Pontifex considerat

sus,

tus, ut Princeps temporalis plures Provincias obtinet in Italia numerò tredecim, quæ cõplectuntur varios districtus, oppida & Urbes præsertim Bononiam, Ferrariã, Ravennã, Urbinum, Anconã, Pisaurũ, Ariminum, Sinagoliam, Viterbium, & alias præter urbem Avenionẽ & Territoriũ Venesinum in Gallia, urbemq; Beneventum cũ adjacentẽ districtu in Regno Neapolitano. Pijssimus mos osculãdi pedem Põtificis antiquissimus reputatur, Maucerus &c. etenim in libro suo de Monarchia Ecclesiastica narrat, quod sanctus Põtifex Clomens pedes fuit osculatus Principis Apostolorum.

Cõstantinus Imperator Sancto SYLVESTRO Papæ, Imperator Justius primus Joanni primo Põtifici, juxta id quod asserit Anastasius Bibliotecarius his disertis verbis, Augustus Christianissimus cum Regno in capite sese prostravit pedem osculans Põtificis, Luitprãdus pariter Rex Lõgobardorũ osculatus fuit pedes Gregorio II. Põtifici, Racisus Rex itidẽ Lõgobardorum Papæ Zachariæ, Carolus magnus Põtifici Adriano & Imperator Sigismundus Eugenio 4to; Imperator Fridericus Ænobartus Alexandro III, Stephanus Rex Hungariæ Benedicto VII. Carolus VII. Rex Galliarũ Alexandro VI. demum, Carolus V. Clementi VII. & Paulo III. osculũ impressit præter alios innumeros, quos brevitatis causã omitto.

S. I X.

Postquam expeditionem mearum rerũ acceleravi literas cõmẽdaticias obtinui, ad magnum Magistrum Melitensem, à Serenissima Regina Angliæ alias accepi & peractis meis devotioibus iter sum ingressus, sed antea fueram introductus ad osculãdos pedes novo Põtifici Clementi XII. ab eoq; habui benedictionem & plurimas Indulgentias cum facultate cõcedendã varijs personis; parveni ad mõtem Cassinẽsem in edito loco positũ, habet

habet Monasterium opulẽtissimũ & pulcherrimũ Patrum Benedictinorũ, in cujus Ecclesia cõditur corpus Sãcti BENEDICTI cũ Sãctã SCHOLASTICA sorore sicut annui superiũs, supellex ejusdẽ Ecclesiæ est pretiosissima & structura in terra marmoribus crebris splendet cũ capellis magnificis exstructis à Benedicto XIII. Põtifici optimo maximo fuit consecrata: spatio duorũ dierũ subsistere volui in dicto Monasterio incredibili cum mea voluptate, visitavi cum maxima veneratione cubicula, in quibus manebat S. BENEDICTUS descẽdens de mõte & ad urbem sancti Germani sui digressus, in qua domicilium suum habet Reverẽdissimus Abbas Cassinatensis. Ad Civitatem deinde, quæ appellatur Capua discessi, quæ spectat ad Imperatoris ditionẽ omni genere præsidiorum bellitorum instructissimã, in historijs præsertim trinensis crebra fit mẽtio istius urbis Æmulæ olim urbis Romanæ deinde civitatem Neapolim pulcherrimã & caput totius Regni Neapolitani subivi, ibiq; per unũ mensem subsistens nihil aliud menteolvebã, quã iter illud tam diu optatum & Romæ, etiam excogitatum, versus Indias orientales & occidẽtales executioni, quam primũ mandare, & cum Messanã civitatem vellem trajicere, nullius navigij occasionem inveni, sed non multo post Tartana Genuensis opportunã sese obtulit, quam quidam Episcopus Hispanus Ordinis Cisterciensis cõsecratus à Papa Benedicto XIII. pro se & pro sua familia pactus fuerat; antequam ego cõscenderem, petij primũ gratiã ab eodẽ Episcopo, qui votis meis annuit; hõc igitur navigiõ absolutis ducetis & plus milliaribus prosperè pervenimus ad urbẽ præcipuã & caput totius Regni Siciliæ, quæ vocatur Panormũ, vix in terrã descendimus cum statim currus cũ sex equis phaleratis adstitit ad excipiẽdum Episcopum supradictum cũ multis significationibus lætitiæ & honoris, duxeruntq; ad Palatium Episcopale & Panormitanus Archi-Episcopus tunc tẽporis absens fuerat.

Messanam civitatem post appulsionem factã ad aliquot portus, per-

pervenimus, visâ Melaci arce munitissimâ & in uno loco pulcherrimo positâ; Cùm mare agitatũ vidissem cõsiliũ navigationis abjeci & per terrã minore cũ periculo Messanam pergere volui nõ admodũ distantẽ; sole occidente nox in itinere me cõprehendit, & cum nulla occurrisset domus, ulterius progrediens ignem eminus conspexi collucentẽ ex fenestris cujusdam domunculæ, cui primũ timebam accedere, postmodum animum recolens majorem, imperterritus eidem dumui proximior sum factus, & statim duo homines cum sclopetis excitati à pulsatione fortassis meorum pedum in viã, quam calcabam, exiverunt admotisq; ad oculum sclopetis, si ultra procederẽ, interitum minitabatur presentaneũ; ego perterritus servus meus benignus respondit, & certiores reddit eosdem de statu cõditionis meæ personæ, cùm melius informasset cum ostensione facta litterarũ mearũ, in quibus liberrimus passus mihi concedebatur; interea ab illis audivi, quod hoc erat rigorosum Imperatoris Præceptum, ut littora maris cũ maxima diligentia custodierentur propter metum hostium, qui nõ inopinati possent oras illas attingere.

Admissus fui in illud parvum tuguriũ camino & fenestras accensus erat ignis in medio, sed fumus me enecabat, huc illuc oculos circumferens amphorã vidi vacuã aquã, optatam profiti explẽda, unus illorum Urbanus foris exivit, optatamq; potionem frigidam attulit: quam lætus bibi, panẽ durum mihi dederunt, quem agrẽ degustavi, postmodũ captavi somnum humistratus & summo manẽ evigilans perveni ad civitatẽ Messanensem, ibiq; per multos dies expectavi occasionem versus Melitam. In hac interim mora, quam in hac urbe contraxi volui observare rara omnia urbis, sed major thesaurus imo maximus, qui in hac urbe cõtinetur iudicio omnium & præsertim civium Messanensium reputatur, Imago B. V. M. Litterarũ dicta, ex Epistola, quas ad Messanenses eadem DEI-Para direxit, hoc tenore scriptas. dum degebat in hoc mundo.

MARIA

MARIA Virgo Ioachim Filia DEI humillima Christi IESU Crucifixi Mater ex Tribu Juda stirpe David. Messanensibus omnibus salutem & DEI Patris Omnipotentis benedictionem.

Vos omnes Fide magna Legatos ac Nuntios perpetuum documentum ad nos misisse constat, Filium nostrum DEI Unigenitum DEUM & hominem fatemini, & in Cælum post suam Resurrectionem ascendisse PAULI Apostoli Electi prædicatione mediante viam veritatis agnoscentes, ob quod vos & ipsam Civitatem benedicimus ejus perpetuã protectricẽ nos esse volumus. Annõ Filij nostri XLII. Indiçt. I. tertio nonas Junij. Luna XXVII. Feria v. ex Hierosolymis.

MARIA Virgo que suprã hoc chirographum ap probavit.

Hanc Orationem solent recitare Messanenses inferius positam.

Ave Filia DEI Patris, quæ Messanenses in filios elegisti.
Ave Mater DEI Filij, quæ Messanenses maternè exaudisti.
Ave Sponsa Spiritus Sancti, quæ Messanenses veritatis Spiritui despondisti.


Ave Templum Sanctissimæ Trinitatis, unde Messanenses per Sacram Epistolam benedixisti.

Cum Sanctus Paulus Apostolus venit ad illas plagas & prædicaret verbũ DEI, Messanenses efflagitarunt per literas vt Messanam veniret, annuit statim Apostolus & cum illuc se contulisset de passione JESU CHRISTI & de Matre ejus MARIA Sanctissima. Concionem Paulo dignam habuit, post auditam prædicationem, Messanenses interrogarunt Divum Paulũ ubi degeret Mater JESU CHRISTI? reposuit Apostolus, quod Jerosolymis versatur, Messanenses audito responso tres Legatos ad illã mittere decreverunt, cum muneribus, quæ DEI-Para accepit, deditq; literas supradictas.

Hh

lega-

legatis iisdem. In Cathedrali Ecclesia in honorem B. MARIÆ vel Litterarum dictæ, erexerunt Altare magnificum pretiosis lapillis ornatum, quod plus quàm quinquaginta millia scutorum, in Germanica Moneta, centū millia florenorū superat. Urbs Messana multis propugnaculis, vergentibus tum ad mare, tum ad terram diffunditur, tum portu amplissimo & capacissimo magnarū navium. Vix paucos dies ibi transegi cum post meum adventum supradictus Episcopus ex Panormo, Messanam venit pro possessione sumenda; sed accidit ingressui illius dies imbribus sæda, explosiones tamen plurium tormentorū & Magistratus occursum cum omnibus Ordinibus ejusdē urbis tum Cleri, tum sæcularium acclamationes & plausus læticiam incredibilem animis omnem ingerebant, emendabantq; errorem cæli, quod obnubilatum & in largos imbres effusum mæsticiā non gaudium aspicientibus induxit. Sicilia, quæ est insula maris Mediterranei prope Italiā, quæ alij mendosè dixerunt antiquitus esse peninsulā, sed proprie insula est separata ab Italia per fretū Mamertinum quod Faro dicitur. Hæc Insula est triangulata hoc pacto.



UNo ex Angulo ubi sunt literæ LI: dicitur Lilybæū, ubi sunt literæ PA: dicitur Pachynus, & ubi sunt literæ PE: dicitur Pelorus. Omnes isti promontorij cum tribus partibus Mundi conveniunt, id est Pelorus quod est in Valle Nemorū

morum quia totum Valle nemorosum est cum Europa quæ dicitur Viridarium Mundi convenit, Pachynus quod est in Valle Netina, quia totum saxosum est, & inaccessible promontium Copia, cū Asia convenit; & demum; Lilybæus, quod in Valle Masariæ est, quia arenosus, & plenus Palmarum est cum Africa convenit.

Est enim Sicilia Terrarū feracissima, & certè dici potest quod cū Ægypto Terrarum feracissima certat. Ibi inveni homines acuti ingenij, sed idiomate inter se diversi taliter qualiter per suppositionem quis nam potest esse ibi plures nationes non una. Diversitas hujus idiomatis dixerunt mihi incolæ, cum quibus tractavi, provenire ex eo, quod multæ Nationes dominaverunt eam. Ipsā Hyberi, Saraceni, Græci, Romani, Normandi, Galli, Longobardi, & alia.

Est insula abundantissima ex se nihil caret, lanā, linum, sericum, & totū id, quod ad vestimētum facit, producit, Granum, Vinū, Caseum, Mel, Saccarum, Oleum, Sal, Carnem domesticam, & selvaticam, pisces speciei diversæ, & singulares, & abundanter in suis maribus, fluminibus, & stagnis, profert fructus omnimodæ speciei, & totum id, & quantum ad victum pertinet, ex se, cum industria incolarū habetur, vinum ex Maruasia, & moscatellum, ex calabrense, & multæ speciei producit, & tā omnia abundanter vt omnes res quæ ad humanū usum pertinent pauci pretio vèduntur. Solvi ex portu Messanæ nactus occasionē cujusdā cimbæ Melitensis ab Hispania advectæ & proximi Melito insulæ facti trinā explosionē tormentorum, locò veluti salutationis habuimus.

Vix portum subivimus, cum statim Capitaneus ejusdem portus interrogationē exactā voluit habere, si navigia Turcarū aliquot vidimus, circa oras, quas fuimus prætergressi, cum Dominus navigij satisfacisset plenissimè, idē Capitaneus permisit statim; ut in terrā descenderemus & unusquisq; nostrū hospitium pro suo

genio sibi quaesivit, & Melitæ detentus propter penuriam occasionum versus Cōstantinopolim, quo meus animus inclinabat propter capeffendam viā, versus orientales Indias, quā ex lumine Gerographiæ breviorē & minus periculofam arbitrabar si per totum Regnum Regis Persarum, & per Imperium magni Mogeli trajecissem. Eo tempore, quo Melitæ versabar pro itinere jam meditato præparavi unam arcam oppletam multiplici medicaminū genere, admodū proficuo partes orientales petentibus, in quibus raræ sunt medicinae. Adversa tempestas suborta fuit hoc interjecto tempore, præsertim Mensis Decēbris Januarij & Februarij, aliquot navigium, quorū unū fructibus onustum ex Sicilia advectū passum fuit naufragium, alterū ex Gallicis oris adveniens tactū fuit fulmine, quod unū hominē interemit, alterū hominem ex aurito surdum reddidit foraminibus nō paucis in navi factis; tertiū pariter ex Gallia littoribus procedebat. Orientales partes petēs cui ex vi tempestatis subortæ aspectus navis pulchre defecerat, quartum navigium à nimia maris malicia fuit læsum.

Non procul à Melita Insula est altera, quæ Pantileria vocatur prospicitur Africa adjacens in hac insula; fertur, quod unavice fuerit Machometis. Unus natione Gallus degit in hac Insula, qui ante fuerat captivus apud Turcas, quos ut induceret ad libertatem illi concedendā, promisit in dicta Pantileria specum seu Moscam se custoditurū, hac de causa, si forte fortuna Turcæ huc appulerint, victū aliaq; dona suppeditant præfato Gallo, quem fidū custodem credunt Moschæ Machometis, qui utrum sit talis, sicut illi autumant DEUS solus scit, ego tamen ajo, quod iste Sacerdos Gallus est Christianus optimus quem ego vidi Melitæ, & Machometicam sectā cum suis sectatoribus deridet & innoxius manet à pyratarum incursionibus propter diploma amplissimum, quod habet ab Imperatore Turcarum. Hanc Insulam parvā nullus Turca vel Christianus potest incolere propter metum, ne Turcæ Chris-

stianos

stianos excluderent & Christiani Turcas, mihi superfluit raritates multas urbis videndi usq; dum navis Gallica sese obtulit vino onusta, quod Cōstantinopoli vendere cogitaverunt, vinum enim Gallicum ibi maximè placet. E portu Melitensi egressi prosperam ventum nacti fuimus per unum integrum diem & noctem, sed postmodum Aquilones contrarij successerunt, qui ad Insulam Melitem primo rejecerunt, postmodū Regnum Peloponense sive Morea usq; dum ad insulam Sapientia dictam appulimus, in qua morati fuimus per multos dies & nihil vidimus nihil tetigimus præter spinas & saxa. Stationem tutissimā tenet, in qua naves cōquiescunt, licet una navis nō multo tempore, ante meum adventum fuerit submersa propter carentiam funium, qui sunt necessarij ad alligandā cū jecta ancora navim. Occurrerūt aliæ naves Gallicæ, quæ præstolabantur idoneum opportunum tēpus versus loca designata, imo una ex illis navibus fuerat in Indijs occidentalibus, & didici multas terras ex narratione nautarum. Adveniente tempore optato navigationi idoneo vela dedimus, versus Regnum Cretēse, usq; dum Insulā Cyrigum pervenimus ad ditionē Venetam spectans, quæ portu gaudet optimo & cōmodo, proximam habens arcē tormentis muralibus instructā, in qua milites Veneti præsidium habent.

§. X.

U Tentēs deinceps opportunitate temporis felicissimi archipelagum subivimus, sparsasq; Insulas multas cōspeximus. Cū Cōstantinopolim pro festis Paschalibus peragendis tenere nō potuerimus, coacti fuimus Pascha in medio mari celebrare, cātatis varijs hymnis & præsertim *Te DEUM laudamus*, cum terq; quaterq; repeita explosione tormentorum. Insulam Tenedos appulimus, ibiq; per multos dies constitimus propter in solitā ventorum savitiam, qui navigationē alibi directā

impe-

impediant; incommodum attulit non leve Capitanei avaritia, qui suavitate & excellentia vini captus onerare navim majore vini quantitate volebat, quam plenam tamen habuit, nisi ventus obstitisset. Hoc eodem die fretum Trojae vulgo Dastanelli dictum subire poteramus vota nostra irrita exciderunt, imò excidium in scopulis parabatur & Capitaneus hoc periculum evidentissimum praevidens, vigilabat incolumitate navis, quae periclitabatur adeò, ut multi arcas aperuerint, resque levissimas sibi sumperint, ut celerior vel natus vel ascensus in cimbam esset, secuto navis, quam vehebamus, naufragio, quod tamen DEUS misericors & benignus avertit. Ego licet aliorum terrore fuissem commotus, tamen unicum spem habui in Imagine B. V. M. Clari montis Czesstochoviensis, confirmasque aliorum animos, ut patrocinio ejusdem Virginis sese committerent, Benedictionem cum eadem Imagine versus mare impartiebam, Deus propitius nobis adfuit, mare placidum evasit, fluctus tempestatesque conticuerunt.

In insula est civitas, quae eodem nomine concupatur, Tenedos; patet duabus arcibus munitis, portum commodum habet, sed ingentibus navibus imparem fertilitas omnium rerum comestibilibum viget, frumenti praesertim & vini, oleique; additam pecudum armentorumque copiam. Habitant hanc Insulam Turcae majores numero, quam Graeci; ex prospectu istius, Insulae in continenti locus patet, in quo urbs Troja olim florentissima & potentissima jacebat, non sine lacrimis commemoro, quod Tenedos repertum unum adolescentem recenter Apostatam factum, a Fide Catholica, qui cum preces effudisset apud Capitaneum, ut navim asconderet, Capitaneus idem detrahebatur propter rationes, quod Constantinopolim peteret urbem; in qua infidelitas regnat; ille tamen nobiscum ire volebat & penitentia ductus ad ovile Christi, a quo discesserat rursus redire cupiebat, detestatus errorem maximum & Basilicum, quem commisit; conspexi Trojam, nihil aliud superest, nisi oppidum unum multis monticulis

lis passim apparatus, vetusta Troja prope mare, ibique dum constitimus fretum ingredienti Trojae, explicuimus vexillum patentibus ante nostrum conspectum duobus castellis munitissimis, in quibus milites Turcae excubias agunt, quorum unum ex parte in Asia Trojam respicit, alterum partem Europae; ad fauces freti hujusmodi castella prominere; naves Anglicas, Gallicas, Holandas, Venetas, Germanas admittunt exceptis navigiis illorum Principum qui contra Turcas bellum molliuntur; Dum obviamus ista castella ventus non fuit validus ad provehendum nostram navim ulterius, aquae etenim istae procedentes ex mari nigro vehementiam venti requirunt, alioquin remora procreatur navibus, ut quotidiana experientia docet; mare etenim nigrum ex variis fluminibus congregatum nullum alium habet exitum erumpendi nisi Dardanorum fretum.

Consedimus per multos dies expectantes secundum ventum sub alijs castellis bene munitis, Dardanellis nuncupatis, quae a primis castellis antea dictis spatio viginti miliarium Italicorum distant; circa haec festa Paschalia sua peregerunt Turcae explodentes multa tormenta bellica. In hac civitate dicta residet Consul Gallus in una domo, alteram domum habet prope idem Consul in qua ego decere dormire, quod cum ad vesperam venissem; repertum Turcas copotantes, qui statim ut me aspexerunt blandis modis inserunt, ut una cum illis accumberem, recusabam ego, sed illi cogebant, ut suis votis faverem, obsecundavi, ne deterius mihi quidpiam contingeret, propinarunt mihi magnam craterem vini, quem cum ego delibassem, illi ut totum exhaurire cupiverunt, elargito mihi pane; & mille nugas miscens veloti condimentum convivij more Turcarum constituti, joci causa unus ex illis Turcis sumere voluit meum pileum detractum capiti, cum sit stitueret velle turbantem suum; ego me proripui ab illius conspectu, qui meum pileum capiti suo iam imposuerat, quae deridebant Turcae, appellantes eundem Turcam Paganum: reddidit tandem pileum mihi sine ulla molestia.

§. XI.

Cum morarer in hac urbe Dardanelles, ambulans per vias occurrerunt mihi tres feminae Turcae, quae cum me extraneum diverso habitu indutum aspexissent riserunt; cum prope unam moscheam stetissem huc illuc oculos ferens quidam Turca ex aspectu conjiciens me esse Francum viam versus portum indicavit, imò ductor meus fuit usque ad eundem locum, defendens me strenue ab insolentia puerorum Turcarum lapides contra me projicientium. Capitaneo nostrae navis etenim alijs temporibus non pepercerunt, appropinquanti etenim portui cum propria navicula imbrem lapidum Turcae injecerunt. Quidam Graecus mihi narravit, quod unus Turca ad Mercatorem Graecum accesserit, oleumque pro credito exposulavit, primam vice dedit, alteram negavit, Turca iratus accusationem finxit perniciosam hoc pacto; accusavit etenim illum falsum, quod velit Turca fieri, hujusque accusationis testem Turcam adducebat, cui licet falso cum fides haberetur coram Judice Turca; protinus in carcerem conjecerunt, & cum Turca fieri detractaret, supplicium eidem decreverunt.

Consanguinei audientes infortunium hujusmodi pietate ducti & sanguinis necessitudine impulsii, hortati sunt eundem ut mortem subterfugeret, hoc modo nimirum, ut lingua tantum fateretur, se futurum esse Turcam non corde: detestatum fuit hujusmodi reparationem veluti impium, parentumque aspectum fuit averfatus: cum animo obstinatum Turcae aspexissent, ad locum supplicij deduxerunt, imposueruntque illi turbantem supra caput, quem ille excussis sputoque inquinavit, nihilominus Turcae pepercerunt & carnifex cum innoxia gladij superficie collum ejus percussit, ut timorem magis sensibilem mortis incuteret, nihil ille expavit: tunc vibrato ictu macherae caput illi fuit obruncatum, cum ante carnifici dixisset, ut citissime se expediret ab hoc ictu vibrando; nec mutationem sui

fui consilij expectaret. Sacerdotes Schismaticos in furnis panes coquentes & vendentes omnibus illuc appellentibus extraneis, ligna sciendebant, ignem in furnis subjiciebant, eorum habitus rusticus potius, quam Sacerdotalis apparet. Erectae in maris litoribus sunt plurimae cruces, quibus rei affiguntur, non clavis, sed cordis, seu funibus acclomeratis. Contigit, ut unus ex nautis nostris in mare jecerit fuscenam & statim apprehendit ingentem piscem, qui tantam vi pollebat, ut cimbam & duos homines pertraheret; nautae timore correpti aliorum auxilium invocaverunt, ut succurrerent & factum est, ut prope navis cum cimba delata fuisset violentia piscis impelleret. Unus nauta peritissimus in ejusmodi piscibus captandis fuscenam majorem dentibus acutis ornatam in mare jecit, & latissimum piscem in dorso vulneravit, eumque fixum in navim retulit, dissectumque in multa vasa conjecerunt, & fercula sapidissima facta fuerunt ex eodem pisce capto.

Lapsacum civitatem volui discedere per terram, sed dissuaserunt Turcae, ut pote locum latronibus refertum. Exurgente vento propitio perreximus Constantinopolim versus, per aquam contrariam, multumque conatum habuit supradicta nostra navis in superanda ista contrarietate aquarum, quae fuit in causa, ut nostra navis cum altera collisa, aliquantisper fuerit periclitata, & succedente demum vento parum prospero, coacti fuimus, retro ad civitatem Lapsaci ire, ibi morati fuimus per multos dies praestolantes auram propitiam. Incepi ego tedium habere illius navigationis, sed altera occasio melior non sese obtulit; nactus fui unum hominem germanum, qui cum captivus Turcarum exstitisset; post aliquot annos suus Dominus Turca concessit eidem libertatem cum hac conditione, ut acciperet uxorem Graecam: obedivit ille Domino & erogatis decem aureis Parentibus sponsae, eandem postea veluti coemittit & in suam potestatem redegit. Sicut est consuetudo inveterata in illis Regionibus: iste Germanus ardenter optabat revisere proprios lares, patriamque

Germaniam, ego cōmiseratione ductus erga illū varios modos proposui, vt fugā sibi pararet, patriamq; repeteret; Cū in hac urbe recta via Constantinopolim abeundi non se exhiberet, coactus fuit per fretum ex Asia ad Europam cum uno navigio trajicere Gallipolim civitatē, & in hac urbe nullus Catholicus, pleriq; Turcæ & pauci Schismatici Græci & Judæi degebant. Diverti apud unū Judæum bonum & divitem, qui literas à Legato Gallico, qui manet Constantinopoleos, impetratas secum habebat, quibus protegere poterat Catholicos, si fortè in captivitatem Turcarū incidissent; supradictus Judæus urbanè me in suam domū suscepit per duos dies integros exhibitō lautō prandiō, & cæna; quodā die solatij causa volui ab urbe egredi in campū, occurrit mihi Turca, qui curam gregis animalium habebat, statim ac me fuit intuitus, celeriter me cum uno baculo fuit insecutus; ego majore celeritate, quā potui cursum properavi versus dictā civitatem, & sic prosecutionem illius nequissimi evasi; nō longe à dicta urbe inveni unum molendinum plumbō totum coopertum, ibi lanificiam peragitur, instrumentis idoneis purgatur, imo accidit, vt Dominus molæ cū fenestræ insidens currentem me aspexisset clamavit vt ego steterem, ego steti & loquebatur benè Italicè, sciscitabatur à me de multis rebus, quo in suspicionem me adduxerunt, vt crederem, quod iste antea fuerit Christianus.

Conventus §. XII. Visnovicery.

Judæus præfatus, nominatus Mardocheus, utrum navigium mihi quæsit, quod ducebat ad civitatem Rodostan, in qua Serenissimus Princeps Transilvaniæ Rakocius sedem & Aulā habet. Admirationem mihi iniecit humanitas & Urbanitas supradicti Judæi qui unum Catholicum captivum factū à Turcis liberavit, deduxitq; ad suam domum; Turca statim Dominus illius

Catho-

Catholici captivi detulit Judæum coram multi sive Judicem, à quo evocatus facillime sese purgavit, protestans, quod omnia mendacia fuerant, quæ Turca obtulerat adversus ipsum, & sic confortavit eundē Turcam, indicavitq; tractatum sancitum inter Turcarū Regem & Imperatorem Romanum, quo cavebatur, vt liberi homines per urbem incedentes captivi nō fiant & cum Turca omnē lapidem moveret, vt in periculum capitis adduceret Judæum, è contra reponebat ille, quod veluti munitus literis credentialibus Legati Galliæ, non manebat obnoxius hujusmodi judicijs & cum rationibus à Turcis intentatis. Hoc responso intrepidus evasit calumnias perversorum Turcarum, & fuit in causa, vt Christianus etiam libertate donatus liber ab omni periculo deinceps manserit. Urbs Gallipoli Reipublicæ Genuensī olim fuit obnoxia cum alijs adjacentibus urbibus, & fuit erectum ab iisdē Genuensibus armamentarium cū duabus arcibus & usq; ad præsentem diem stemmata gentilitia ejusdem Reipublicæ in muris portūs & armamentarij videntur, sed hæc omnia ruinosa potiùs, quam integra apperent. Supradictus Judæus summa cum urbanitate cōmendavit me Patrono ejusdam naviculæ Turcicæ venienti ex Smirna onustæ limonijs pomisq; Portugaliz, & tendebat Rodastō sive in Turcia lingua Tekierdai.

Carmelitanum Discalceatorum
 Navigio dum veherer descendimus in terram prope unam villam, vespertino tempore ibi confidentes venit unus Turca, qui volebat curiosus inquirere meas literas cōmendatitias & cū ejus desiderium per verba non satis intellexissem, colaphum mihi dedit; tunc Dominus navigij purgavit meam personam apud eundem adducens, quod ego Turcicum idioma nō satis callerem; volebat rursus à me characi sive tributū, sed idem Turca reposuit quod ego ad ditionem Turcarum non spectabam. In hac villa volui emergere panem & vinum, sed Græcus prævenit meū desiderium, implevitq; lagenā vino, pecuniasq; nullius generis voluit accipere à me, sa-

lis

tis

tis factus, quod donaverit. Adveniente media nocte vela in altū dedimus, sed ventus bonus nos destituit & languida maris malacies successit, ita vt fuerimus coacti remis manus admovere, omnes qui eramus in navi, ad emendandā malam venti qualitatem. Attigimus feliciter urbem Rodostan, egressiq; ex navigio ego fui coactus; cum pecunias in arca convolutas haberē, in promptu dare vestem veluti in pignus Domino navigij, qui non sinebat me abire; sed vix proximus fui littori maris cum statim aulici homines Principis Rakoci occurrerunt, quos cum allocutus fuisset, benignē ab iisdem fui auditus, & cum narraſsem, quod mihi contigerat, circa solutionem nauli & de redemptione vestis, illi statim dederunt pecunias, quas poscebat Patronus phaseli, meq; statim ad Aulam duxerunt ejusdem Principis, ibiq; officia sincerissima benevolentiae & humanitatis innumera exegi, à Reverendissimo Capellano & cōsiliario Principis, qui per multos dies lautē epulis & hospitio me tractarunt; in cōspectum ejusdem Principis non fui admittus propter varias rationes, & praesertim quia negotijs multis detinebatur & devotionibus totus erat intentus, in suo Palatio capellas duas pulcherrimas ornatas tenet, in quibus Missae celebrantur quotidie, & diebus festis Missae cantatae habentur cum magna aedificatione & profectu spiritali: Reliqui deinde hanc urbem & mari me cōmittens, ventus statim contrarius nos impulit ad unam urbem Parinthus appellatam, quae antiquis temporibus antiquitate & opulentia conjuncta cum robore munitionis, cum alijs certabat, nunc vero solò æquata ruinam excidium expirat, relictis tantum muris, picturis Imaginum sacrarum illitis, ubi fuerunt Ecclesiae; superest integra una Ecclesia condita à Catholicis Imperatoribus.

Adjectum fuit postremis temporibus Monasterium novum Graecorum Schismaticorum, valde cōmodum, in quo per unum diem & noctem hospitati fuimus. Hoc idē Monasterium voluerunt Turcae sibi usurpare & transmutare in oppidū seu arcem, ex
qua

qua optimus prospectus ad mare patebat, sed Graeci, vt Turcae deponerent hujusmodi consiliū, excogitarunt hanc astutiā, quae illis profuit, nimirum nigro colore densissimo exteriorē Monasterij superficiem deturpabant, & sic deformatum geniū Turcarū amplius non irritavit. Hæc urbs obsessa fuit à Turcis per multos annos, dum primum aditum eidem Turcae sibi aperierunt ad Graeciam. Hanc autem ad deditionē ultimam non coegissent, nisi annonae caritas causam deditionis praebuisset, fame etenim extremā interibant miseri obsessi & ubiq; auxilio intercepto, excidiū inclusis in urbe, Triūphū obsidentibus Turcis nulla recarētibus pollicebatur. Sub hac urbe multa praelia fuerūt edita & testatur veluti monumētū tot hominū intersectorum acervi, terrae ex cumulatis cadaveribus compacti, qui eminentias suas extollunt erectas à mutuo hostili furore, qui tot vitas hominū uno die, alijs temporibus interpolati, veluti falx acutissima demessuit obruncatis tum Turcarū tum Christianorum millibus. Cum ubiq; sparsa vidissem vetustatis pretiosa vestigia, tum in muris, tum in lapidibus volui illa accuratē describere, carmina & inscriptiones enarrativas rerū Imperatorūq; , calamō exaravi.

Sic intentum speculandis his antiquitatibus me observavit Consul Anglus, qui forte fortuna illuc ex Athenis venerat, proximior mihi factus incæpit me alloqui benignē, variosq; sermones amabiles prudentesq; ferens, plura à me fuit percontatus, cui cum respondissem humilis, invitavit benignē, vt si vellem Athenas cum illo concedere, gratam rem me illi facturū ajebat, me veluti secundum Dominū domus suae propriae ab illo tempore constituebat, majorē antiquitatum materiā Athenis superesse evidentissimis indicijs asserbat, vt sic incitatus amore antiquitatis libentiùs currem Athenas ad explendam hanc sitim indagandi, explorandiq; antiquitates; ego victus tanta verborum efficacia & benevolentia istius Consulis, gratias majores quas potui reddidi, causamq; adduxi, cur beneficentiae

ficentia fructus exhibitos acceptare non potuerim, propter gravissima negotia in alias terras me poscentia, nec sinebant, ut frui possem significationibus plenissimis affectus; quem erga me nullo meo merito prævio ostentabat, & quod admirationem magis meam augebat, fuit illud, quod cum ego ab illo fuisset deprehensus in veste vilissima viatoria & nautica, dignatio tamen illius Angli fuit adeo generosa, ut me veluti personam pulchris vestibus ornatissimam cōspexerit, indiciumq; plenissimum mihi reliquit, quod dotes raras intellectuales illius animus bene educatus complectebatur; displicuit illi admodum, quod ego suis votis non annuerim. Non omisit tamen modos majoris benevolentia elicere, quibus arctissime me obstrinxit; si dissimilitudo Religionis non obstaret, majore laudum cumulo prosequeretur & ad cælum eveherem incredibilem urbanitatem, quam hactenus non suspexi in alia persona.

C A P V T XII.

§. I.



Constantinopolim, deinde diu cupiens adire, DEO favente perveni sub initio Mensis Maji Anno 1731. interrogavi de domicilijs Religiosorum Patrum Jesuitarum & statim mihi indicatus fuit locus; contigit mihi fors ut Jesuitam Polonum nomine Josephum Sadoski invenerim, qui cubiculum apud quandam Polonam mulierem, quae fuerat in captivitate Turcarum quaesivit, idem P. Jesuita multa mihi narravit, quae Turcarum mores eorum religionem respiciunt; interim ego amplitudine & magnificentia urbis Byzantinae captus attonitus lustravi vias oppletas insubito prope modum Turcarum numero, additis extraneis ex toto orbe terrarum illuc confluentibus propter mercaturam exer-

exercitium, quod ibidem maxime viget. Templum Sanctae SOPHIAE magnificentissimum sum contemplatus, à Sancta HELENA constructum, quod usui Moscheae inservit magno cum Religionis Catholicae dedecore. Plateae & viae sunt innumerae & iuxta latitudinem gaudent. Pleraque domorum asseribus tabulisq; ad invicem complicatis constant, Armamentarium est superbum latissimumq; in quo multae naves assidue novae constituuntur, & veterae reparantur. Clausura aedificiorum altissima & latissima habet Bizantium innumeris concubinis Regis Turcarum pro magnifico domicilio destinata; antiquis temporibus ista aedes fuerat Palatium Constantini Imperatoris, quando residebat Constantinopoleos. Falso Machometi prophetae multae Moscheae dedicatae sunt à Turcis, quas easdem ingredienti summa cum veneratione & corporis totius compositione nec sputum, nec gestum ullum faciunt, oculos cohibentes demissumq; caput tenentes, depositis calceamentis extra portam & nudis pedibus adorationes innumeras perficiunt, postmodum egrediuntur.

Byzantium viis multis abundat, proceris arboribus confitis, prope muros mari contiguos disposita sunt sexaginta tormenta, quae defensionem validissimam praebent, ex alia autem parte Galatae canalis interfluit corrivans ad quendam locum, qui vocatur Topana & ubi est aedes maxima in qua elaborant & fundunt tormenta muralia, quae plus quam ducenta cernere est, defensionem urbis posita, inter quae unum eximiae magnitudinis existit, quod unum foramen habet, alterum tormentum ora septem praebet, eodemq; tempore septena explosioem uno ictu conficit; minora alia tormenta seu mortaria sunt, cum quibus bombas longe projiciunt, jaculanturq;. Urbs Byzantium triangulari positione gaudet, septemq; montibus insidet, ex duplici parte mare allicit, interjecto portu amplissimo & capacissimo Saral sive Palatium super constructum est Angulo illi, qui in mare procumbit, ex cujus fenestris longissimus

gillimus prospectus porrigitur usq; ad extremas maris partes Asiae, & gratissimo spectaculo oculorum accedentes, recedentesq; naves ex portu Constantinopolis videntur. Galatae & Pera sunt ad invicem opposita, in Pera ferè omnes Christiani sua domicilia habent residentibusq; ibidem legato Gallico, Caesareo, Veneto, Holando, Anglo & Moscovitico, sub quorum patrocinij unaquaq; natio mercatorum illuc advenientium pro suis negotijs manent, & majore libertate ibi fruitur quam in alijs locis urbis, imò faminae detectâ facie incedunt non velatâ, sicut alibi, in Galata Patres Capucini, Dominicani, Jesuitae distincta propria caenobia habent; in Pera verò quinque hospitia potius, quam Convētus dicenda: nimirum Patrum Franciscanorum minoris observantiae, Capucinorum & Trisirariorum Reformatorum & Patrum Franciscanorum Conventualium. Calcedonia celebris propter Concilium generale Calcedonense illic habitum trium milliarum spatium & plus ab Urbe Byzantiae distita ex Galata & Pera apparet; decorata olim Ecclesia pro Christianis nunc in Moscheâ cōversa est.

Circumdatur Urbs Byzantium mœnibus cum varijs propugnaculis, portisq; sed praefati muri non multam securitatē praebent, eidem urbi: verum tamen est, quod advenientibus navibus ab archipelago confurgit oppidum munitissimum septem turrium dictū, omnigenere tormentorum armorumq; instructū, in una vel altera dictarum turrium Melitenses equites includuntur à Turcis si forte captivos fecerint, detinentur arctissima custodia, accidit tamē paucis ab hinc annis ut una navis Gallica ab ergastulo istarum turrium eripuerit equitem Melitensem hoc pacto: maximam placentam ex triticea farina cōpactam ad ignem seu in furno coxerunt, in superficie tamen relicto magnō spatio vacuō intus placentā & in illud spatium connexum scalā filis sericis cōtextam subtilissimō artificisio plicatilem immiserunt, Gubernatoremq; illius Turris Capitaneus navis Gallicae fuit deprecatus, ut non repugnaret dictā placentā

centam dolo compositam ad manus captivi equitis Melitensis, ut vesceretur in prandio, transmittere. Praefectus castelli nihil malitiae suspicans, obscuravit non invitus ejusdem votis, & sequenti nocte cymbâ appropinquante muris ejusdē turris cum navis praeparatis ad excipiendum Equitem ab alto per scalam artificiosam descendente bona sors adfuit, ut idem Eques captivus cymbam liber fuerit ingressus; postea navim ascendens proripuit sese ab oculis turrium & Turcarum & nactus fuit pristina libertatē ludificatâ barbarorum impietate cum figmento ingeniosissimo. Non sine admiratione incredibilem numerum cymbarum per mare discurrentium intuebar, aliasq; naves auro coloribusq; mille ornatas in portu stantes, venientesq; cernebam triginta naves & plus ad Sultanum spectantes omni apparatu bellico instructae & tribus ordinibus compactae eundem portum occupabant cum quindecim triremibus Sultanis, in quibus pleriq; qui remos agunt, sunt Christiani captivi, catenis compediti. Auget industriam in praeparandis hisce navibus nequitia quorundam Christianorum, qui Apostatae facti à propria fide transmigrant ad sectam machometicā, artesq; illas disciplinae militari inservientes, quas didicerunt in Regionibus Christianitatis docent Turcas, & sic Barbariem rudem dediscunt, ut exemplum quotidianum comprobatur. Vidimus enim paucis ab hinc annis crescere eorundē victorias, quas ex Regnis retulerunt, cadēq; Regna Urbesq; olim à Christianis Principibus possessas in potestatem suam redegerunt.

Contigit, ut paucis diebus lapsis ante meū adventum in Topona prope Galatā octingentae domus Turcarum fuerint exustae, cum ante octo menses decem millia Constantinopoleos conflavissent. Ignis & pestis invisibilia veluti flagella tenent hanc urbē, & volitant huc illuc funera & caedes, incendia rerum & mercium feroces: cum sint lignae domus, quae comburuntur facillime reparantur, novaeq; brevi tempore cōstruuntur suppeditatâ multâ

copiâ lateritiâ materiæ & tabularum. In Palatio Constantini Imperatoris in cujus area amplissima exercitationes equorû, & in eodem Palatio, vt antea innui, magnus uxorû numerus Imperatoris Turcarum reperitur, ante ostiû ejusdem Palatii fons uberrimus prorumpit, cômmodo incolarum inserviens, cratibus deauratis sese inter secantibus, cum tecto Hînensium modò elaborato, addito ornatu marmorum, versantibus intra ejusdem crates tribus hominibus Turcis, qui in amphoris seu hydrijs æneis deauratis aquam assidue hauriunt, haustâq; proferunt cuiuscunq; extra crates sitienti & poscenti sine ullo onere & aræ. Apud Turcas dantur etiam peregrini lingua Turcica appellati Derevisi & hujusmodi peregrinationem ad Mecâ instituunt, sunt & alij, qui celibem vitam ducunt, qui vocantur Hadzi, gerentes in pectore lapillos è collo pēdentes, aliosq; super stomachum defluentes, factò foramine in medio, per quod transit vitta seu fascia rubra, seu alterius coloris; istud Turcarum genus ab omnibus negotijs vivit exemptum, & sub hoc nomine veniunt peregrini, qui sæpè sæpiùs Mecâ adire solent, & vagantur huc illuc sine metu latronum Arabum, qui si eosdem inueniant in viâ, nullâ noxam inferunt, & veluti Sanctos reputant dimittuntq; intactos.

Turcæ, qui apud Mecam morantur utuntur vestibus albis, qui aliquandò non interduntur Constantinopolim adire, sicut ego vidi, quorum unus cū me fixo obtutu aspexisset, Melitensem me credidit, sed ego prolatis quibusdam verbis Arabicis statim hunc errorem ab illius animo amovi. Viget consuetudo, quod quando aliquis legatus Monarchæ sive Regis ad primam audientiam Turcarum Imperatoris introducit, solet donum mittere eidem legato, suisq; aulicis viginti quatuor vestes sericias & subtilissimas, quibus sic induti introducuntur ad audientiam Imperatoris.

Consuetudo apud Turcas viget nutriendi in plateis canes & felles,

les, quorum animalium ingens est numerus, præsertim in domibus privatis & in officinis, ita vt sæpè sæpiùs contingat, vt si aliquis Turca diem supremum clauserit, in testamento gravat suos hæredes, vt quandâ portionem quotidie teneantur dare canibus & felibus. Non procul à Templo Sanctæ Sophiæ extenditur forum amplum, in cujus centro consurgit obeliscus altissimus seu piramis Adriano Imperatori dicata, vt indicant subjecti versus, Græcè & latinè exarati. In hac eadem platea est excitata una Moschea eximia ab uno Soltano, multis erogatis pecuniis, idem templum Sanctæ Sophiæ altitudine & latitudine præditum, copulam ingentem habet, & non procul distat à Palatio Sultanico. Recurrente quolibet die veneris solet Imperator Turcarum equo infidens cum magna pompa & comitatu visitare præfatam Ecclesiam Sanctæ Sophiæ in Moscheam conversam, alias etiam Moscheas non omittit adire occupatus à Religione vesana Mahometis maledicti, quando publicè Sultanus egreditur speciem raram oculis extraneorum inducit apparatus creber hominum, qui eundem comitantur, equitum & peditum, quorum aliqui majores numero pennas struthionum automeratas super caput deferunt, argentea fibula in fronte firmatas, quarum pennarum multitudine & opacitate fit, vt cōspectus Sultani inter eosdem equitantis ab oculis aspicientiû omniû abripiatur, pretiosissimis phaleris equus Sultani ornatur, coruscante in maxima copia auro gëmarumq; splendore, ingentis pretij in fronte dicti Sultani emicat veluti sidus fulgentissimû una gëma, seu carbunculus insolitæ magnitudinis, circumpositis sex gemmis margaritarum nō parvæ magnitudinis, vetulantibus pennis insertis, sequentibus tribus equis ephiphijis, frenisq; multo auro & lapillis prætiosis refertis.



§. I I.

IN Pera ædificium maximū & amplum confurgit, ex quo pro-
spectus jucundissimus ad oras maris patet, destinatum pro alē-
dis filijs Christianorū parvulis, quos Turcæ locō tributi de-
ficientibus pecunijs ab egenis Parētibus accipiunt, eosdemq;
ad religionem Machometicam iniciantur & circumcidunt. Quas-
dam preces ante occasum solis altā voce recitant, quas Christiano-
rum extirpationē in suo sensu cōtinere autumant; Turcæ credētes
in illa tenera ætate & per cōsequentiam innocente facilius DEUM
sua vota exauditurum. Postquam pleniorē ætatē adepti sunt supra-
dicti pueri, admovēt illos varijs officijs & sic Turcæ magis at
magis cōfirmantur. Quando ex Galata Constantinopolim perrexi
in cymba, nō potui cito ex eodem navigio proflire in terram pro-
pter agitatum mare; Turca iratus ter me percussit, & ego manus
meas ægre prohibui, vt in mare nō projecissem eūdem, sed cum
ubiq; Turcæ essent & veluti Domini ibi regnaret, prudentia in-
juriam dissimulavi.

In mediā urbe surgit altissima columna vetustate & varijs
rimis fatiscens fumo illita, ex qua tota quāta est Urbs lustraretur
cōmodē, si scandi posset; propter crebras illas scissuras seu rimas,
quas in se eadem columna admittit certam ruinam sibi parasset, nisi
huic periculo avertēdo industria humana solidissimos circulos fer-
reos excogitasset, illā colligandi arētissimē. Hoc tempore, quo ver-
sabar Cōstantinopolios Mercator Christianorū vēdidit majore
pretio cādelas, quā debuerat; statim fuit delatus ad iudicium &
pæna triremium fuit multatus; vir Græcus hoc audito infortu-
nio, vt liberaret supradictum mercatorem ab indicta pæna; accur-
rit ad iudicem cui cum quadraginta & plus scuta persolvisset, mo-
netæ Germanicæ octuaginta florenorum, obtinuit favorem libera-
tionis.

tionis. In via duo Turcæ occurrerunt trahentes per plateas &
vicos alterum Turcam veluti canem, quem crebris ictibus pulsa-
bant; ego hoc spectaculo percussus putavi, quod iste rebellis
seu alius facinorosus extitisset, sed audiui quod iste erat laſio,
qui carnes vendēs ad macellū, unam unciam carnis ex libra detra-
xerat, & hac de causa veluti reus ad Tribunal deducebatur; hinc
patet evidentissimē, quā exacta sit executio & administratio ju-
sticiæ apud Turcas præcis omnibus moris & tergiversationibus,
seu technis judiciarijs, quas Christiani non rarō admittunt.

Duæ seditiones diversis temporibus hoc anno contigerunt Cō-
stantinopoleos: Prima depositionem Regis Turcarum peperit, e-
jusdemq; Regis in carcerem conjēti effectum importavit. Altera
seditio seu tumultus collimavit ad depositionem istius novi, resti-
tuto in Thronum pristino Rege, qui vinculis detinebatur; Obstina-
tē duravit hæc postrema seditio per vnum integrum mensem & pl⁹
& hac occasione multa millia Turcarum varijs & miserādis modis
perierunt, alij etenim gladijs in vijs & plateis occubuerunt, alij
trunco suspensi, dilacerati alij in frustra, alij demū submersi in ma-
ri saxis ingētibus ad collum alligatis, ejulatibus & clamoribus in
conditis totam urbem Byzantium cædibus & sanguine irrigatam im-
plebant; causam huic rebellionis dedit diurnitas Imperatoris in
Throno sedentis per spatium triginta & plus annorum & Sultan⁹
Ahmed vocabatur filius Mahmetis sive Mahometis.

Janisari igitur tædio affecti & cupidi novum stipēdium & cer-
tius cōsequendi cum assiduē excubias agāt ad palatium Regis Tur-
carum ceperunt fovere seditionem & ad arma alacres & prompti
cucurrerunt. Fuit quidam nauta egenus nominatus Patrona, hic
socios aliquot quæsitivos fidelissimos & confidentissimos additis alijs
numero majoribus & clam ad invicem cōsilia conferebāt pro attē-
tando hoc tumultu: lingua Albanēsi utebatur, ne detegeretur proditio
& cōjūratio, quam taciti & pedetētim moliebatur, arreptāq; an-
sa

discessus Regis Turcarum, qui ut suum exercitum Castra metatum propè Scutario civitatem lustraret, & stipèdia largissima distribueret, parvâ cymbâ vectus per Isthmum seu fretum illuc se contulit, ibiq; cum per aliquot dies fuisset moratus supradictus nauta Patrona, vtens hac opportunitate absentiæ Ahmetis Imperatoris stipatus cum alijs ejusdem factionis curstabat per vias & plateas clamans alta voce, qui partes nostras vult tenere alacer accedat, & cū inopia deinceps non luctabitur, si absens Imperator è Throno deiciatur, fames tributa, pecuniarum angustia in exilium mittetur, & Byzantium hilariorem & magis faustum felicitatis aspectum assumet, deponetq; squalorem egestatis, sub cuius pondere per tot annos ingemiscebat. Eja celeres huc accurrite: & me prompti sequimini, & qui repugnaverit obstinatus, statim vitâ privabitur.

Delictum erat si aliquod verbum ab ore alicujus excidisset quod videretur factum hujusmodi oburgare: mortem etenim non declinasset, sed veluti victima mactata cecidisset. Hoc tumultu excitato brevi tempore crevit numerus Rebellium, qui tanto cum impetu ad Palatium Imperatoris ierunt, ibiq; magnum cancellariû & viziriû aliosq; satrapes jugularunt, eorumq; cadavera discepta in partes exfenestris in plateas projecerunt cõparatis sibi armis ex officinis pulvere pyrio, sclopetis, gladijsq; innumeris, quorû terrore aditû sibi fecerunt per omnia loca urbis. Perlatô nuntiô hujusce rebellionis ad aures Ahmetis Turcarum Imperatoris in Scutari civitate manentis, statim citissimo navigio vectus cum suis gentibus fidis idem Imperator Sultan Ahmet Constantinopolim venit, credens se suâ præsentia tumultum pacaturum, sed res & eventus aliter tulit, nam vix pedem posuit in urbem cum statim Rebelles eundem cõprehenderunt, duxeruntq; in carcerè & nepotem suum ad solium assumpserunt qui nuncupatur Sultan Mahmo vel filius Mustafa.

Præfatus interim nauta Patrona caput & author tanti tumultûs animum & passus intendit ad expilandos thesauros magni Vezirij & Can-

& Cancellarij, repertasq; pecunias generosâ manu socijs Rebellibus largiebatur, omnemq; Urbem discurrebat veluti Dominus despoticus factus, & unusquisq; Turca pavidus obsequium & homagiû, in omnibus illi præbebat. Obtinuit apud novum Regè Turcarum diploma, quod nunquam ad mortè duci posset propter insigne meritum, quod sibi peperit, non causâ præcipua fuit, vt assumptio Imperij Turcici in personâ Mustafæ Nepotis Machometis cediderit. Paucos post dies Vezirius novus ascitus cū ægre potentiam Patronæ observasset, animû Turcarum Regis imminuere, existimationeq; tentavit, & ab ejusdem gratia Patronam divellere conatus fuit, hoc dictorio, quod coram Imperatore protulit hisce verbis: *Dormis Domine Imperator, cur dormis?* Succensus hoc dicto idem Imperator, iussit statim vt sese proriperet è conspectu.

Sequenti mane iussit ad se evocare & voluit vt sensum verborum, quæ hesternâ die protulerat enuclearet; ille tunc explanavit hoc pacto rationemq; reddidit, cur hujusmodi verba pronuntiaverit, nimirum quod si Patronæ supradicto permittat dominatum liberum agendi id, quod libet, brevi continget vt rursus de throno dejectus miseram vitam finiat, Imperiumq; regens in aliâ personam translatus videbit adjecitq; se hæc omnia pronuntiasse affectûs causâ erga illû, ideoq; vt sibi prudenter prospiceret enixè eû deprecabatur. Respondit tunc Imperator, quomodo id agam, si eidem Patronæ pollicitus fui, quod mortem quascunq; de causâ nō inferam propter beneficium acceptum assumptionis ad thronum opera ejusdem secuta? reposuit Vezirius: relinque mihi hanc curâ, tollemus illum de medio stratagemate, cõsiliû agitati fingemus, quod bellum movere contra Persas fixum manet, si hujusmodi consilio Patrona cõtrarius refragabitur, ansam statim nobis dabit eundem occidendi. Dictû factû cõvenerunt in Palatium & de bello cõtra Persas movendo facerunt consilium.

Restitit Patrona & voce alta clamavit hoc cõsiliû nō approbo; quem

quem audientes aliqui, qui praesentes consilio interfuerat, exprobrarunt statim illi suum dictum, agentes quis tu es? non agnoscis tuam conditionem, homo vagus & rebellionis vetero inflatus audes infusurrare haec verba coram nobis, qui per fibras omnes te novimus. Patrona statim hisce dictis exasperatus gladium edecere voluit, sed prope eundem, cum unus armatus miles confedisset, vestibus pulchris ornatus & destinatus ad mortem illi inferendam, praevertit manum ejusdem Patronae, ducta pistola ictu inopinato extinxit & misere sic enecatam gladio ducto infructula discerptum per fenestras projecerunt, occisis militibus ejusdem socijs.

Et sic altera rebellio nata fuit ex parte sociorum Patronae miserabiliter obruncati, qui Imperator alios homines misit ad rebellionem, ut illos rebelles placaret; idque illi cum justitiam efflagitarent annuit idem Imperator, & quod diceret justitia ipsa libenter audire pollicitus fuit, sed cum deprehendit quod illum deponere optabant, aliosque substituere clam moliebatur; Janizari nihil egerunt & rebellibus nullam suspicionem intulerunt; videbant etenim in hac mutatione Imperij novum stipendium sibi procurari; quod certissimum erogari solet, quando ad Thronum assumitur novus Sultanus, imminente hoc periculo depositionis & urgente necessitate alium eligendi praefatus Sultanus fortissimos & audacissimos milites conscripsit, eisdem multos pecunias fuit elargitus, praecipitque illis ut Machometis vexillum exponerent, quod fabulantur a Machometis manibus explicatum fuisse; Rebelles interfecerunt illum, qui dictum vexillum ferebat; idem vexillum ereptum ab intersectorum manibus sustulerunt clamantes, qui Filius verus asseritur Machometis sub vexillum veniat, qui vero resistit gentilis idolatra reputatur.

Major pars populi excepit hujusmodi verba, quae non mediocre in eorum animis impressionem fecerunt, ita ut vexillum latrones non pauci prosequerentur. Verum tamen est, quod armati homines incertis plateis concluderunt, & in partes dissecarunt,

propulsabant strenue aggredientes, sed tamen resistere cessarunt, cum impares essent congressui iam incepto. Turcarum genus eo propendit, ut novi Regis Electionem semper affectet, sed hoc medio tempore dum Constantinopoli licentia gladiatorum dominabatur Byzantij. Turcae desperationis actus edere non sinebant, dicentes quod finis & iudicium peremptorium nostrum advenit, ut excidium nobismet ipsis consciscamus.

Hic advertendum est, quod rex Turcarum cum rebelles istos suscitatos videret, verba hujusmodi protulisse fertur: Vos in animis vestris spiritum seditionis fovete vultis, Christiani has turbationes auribus per rumores accipientes opportunam occasionem adventasse arbitrabuntur, ut a terris nostris felicissimis & opimis in quibus vivimus nos expellant, & tot regna Othomanae Lunae obnoxia sibi vindicent occasione istarum seditionum, quae certissimum malum in certum bonum semper solet asferre. Magna plaga Christianis inflata fuisset, imo maxima si vnus Turca, qui multis abhinc annis in Europa incognitus fuerat versatus, Christianorum moribus plenissime imbutus in gratia Sultani perstitisset, jussisset enim iste nequissimus dum Capitaneus generalis delectus fuerat, Classi Turcae viginti naves & octo triremes adversus Melitenses mittere, quod tamen facinus machinatum Deus O. M. disjecit.

Si ego non fallor, credo quod iste praefatus dux classis Turcae fuerit Zancoja sive Janecogia, qui recurrere Anno 1716 contra Venetas ivit spe potiendi Peloponneso regno, sicuti fauste illi contigit magno cum republicae Venetae damno, in cuius triemibus certissima opinio viget, quod ante multos annos captivus factus fuerat apud Christianos dum adolescens extiterit; Gratia tamen Regis Turcarum favorabilis illi interjecto tempore improspere accidit cum in exilium actus fuerit, sicut ego Constantinopoli audivi.

Non sine admiratione incedens per vias Byzantij sui evocatus ab vno Judaeo, qui cum ex habitu & aspectu conjecisset me esse

Christianum de multis rebus sciscitatus fuit, quas non ignorabat, eiebat etenim se studia peregrisse Romæ, in Collegio Romano ejusq̄ cōsilio nemini patebat, nisi studiorum Præfecto, cui aperuit proprium statum progeniemq̄; Hebraicam, narrabat omnes ceremonias ritus & mores, quos in propria religione adhibent Christiani; Ego postquam illum multa disserentem de nostra religione audivi, interrogavi utrum inspiratio aliqua ad fidem nostram amplectentia in suo corde coruscaverit? Ille prædictus reposuit, quod nulla lux affulserit & caligo judaica cor suum obtenebravit.

Cōtigit mihi pariter noscere unum Moscovitam interpretem Legati ejusdem nationis, qui cum me tractasset in propria domo exquisitissimis potionibus vini spiritus aliorumq̄; liquorum ulterius sermonem protrahens de nostra Religione, deq̄; Pōtifice interrogavit; inter cætera maximè illud urgebat, quod cum de osculo pedum Pōtificis dixissem & de sādalo cui crux insculpta fuerat enarrassem, hoc veluti cōtumeliosum Cruci ipsi posteriori parti corporis amādaturæ exprobrabat, detestabatur hunc morem veluti indigna excellētiæ crucis. Ego hanc difficultatem veluti futilem infregi, multaq̄; argumēta adduxi, ut errorem suum Basilicum veluti manu tāgeret; Aiebam enim: Et quid tu latras Moscovita mihi? quid nugaris? quasi puerum invenieris? ut formidinem injicias levissimis hinc rationibus: Nonnè Pōtifex est Christi Vicarius? sicut nos Christiani firmiter credimus & testamur: ergo quid implicat ut crux in extrema illius corporis parte sit, cum totus quātus est Pōtifex Divinitatem spiret & Christiani Catholici excellentissimam ejusdem dignitatem agnoscētes humilitatis magis abjectæ modis inveniunt, ut eundem venerētur, sicuti agunt in osculatione pedis Sanctitatis suæ, quam peragere non gravantur Imperatores, Reges, alijque Summi Principes.

§. III.

DE advētu Patriarchæ Babylonici Chaldæorum ex partibus Orientalibus ad oras Christianas sincera narratio summo Pōtifici CLEMENTI XII. tunc temporis feliciter regnanti, Florētino natione ex excellētissima familia Ducum Corsicorum, qui libētissimè admovit aures suas & exaudivit inferius scriptam narrationem.

Ego T. S. W. nobilis Polonus pedibus Vestræ Sāctitatis ad-volutus humillimè expono & oculis subjicio sinceram & verā narrationem itinerum versūs loca sādta susceptorum, primum namq̄; iter quod peregi Jerosolymam sub auspitijs sādte memoriæ summi Pōtificis BENEDICTI XIII. qui libēter impartitus mihi Apostolicam benedictionem, Romæ incaptum est & per lōgos marium & terrarum mōtiumq̄; tractus DEO adjuvāte ad sādctum Sepulchrū perveni, vbi pietatis magis servidæ officijs expletis ad memoriam Passionis & mortis Salvatoris nostri Jesu Christi alacer sumo quidem cum dolore tādē ea loca sādctissima visitavi, quæ antea cum incredibili gaudio eram osculatus, tādē Romam regressus, mihi cōtigit fors faustissima osculādi pedes tunc regnantis summi Pōtificis O. M. Benedicti XIII. (absit ostētatio dicto) me veluti filium reducem hilaris cōplexus est, & voluit à meo ore totam itineris mei rationem & successum audire, cumq̄; ejus volūtati Pōtificiæ satisfecissem, me dimisit cum ea cōditione, ut ad illum sæpè sapius redirem & quidquid in votis haberem clarè exponerem, à quo beneficijs multis cumulus tam spiritualibus quàm tēporalibus, ut meliùs grati animi significationem testarer erga tam eximiam benevolētiā, statui meis precibus assiduè ad Deum O. M. directis pro illius salute exorare, imò cum tādē humilitatem in Supremo Dei Vicario perspexissem, meditatus sum altera vice Palestinam petere, ut ibi proximius Divinam bonitatem & miserationē deprecarer.

erari pro impartiendo omni bono. Demum copiam adjunctam annorum plenus & meritis erga Religionem clarus, ad Cœlum evolavit ingenuus cum omnium luctu & meo dolore acerbissimo, iter quod animo tacitus conceperam, re & factum imperterritus suscepi, & visitatam primum Basilicam Principis Apostolorum cum alijs Basilicis thesauris Indulgentiarum acquisitis factam generali confessione & sacra Sinaxi absoluta, literis commendatitijs obtentis à præfato Pontifice antequam diem ultimum clauderet. Melitam validissimum propugnaculum religionis Catholicæ perveni, ibique experta favorabili bonitate Patronorum, quibus fueram commendatus præsertim Principi sive magno magistro Melitensi totius religionis sacre Hierosolymitanæ Equitumque primatis hospitalis sancti Joannis Baptistæ: Hinc migravi Constantinopolim & feliciter perveni tanquam Amphitheatrum totius orbis terrarum stupendam & admirabilem civitatem conspexi.

Hic meum iter versus Hierosolymam & deinde Indias Orientales animo jam diu conceptum dum arbitrabar ad exitum perducere, Cœlum aliter disposuit & sese offerente pulcherrimo argumento ostendendæ fidei Catholicæ hoc argumentum arripere elegi. Hic animo plusquam corpore demissus Divinæ providentiæ consilium adoro & veneror, cujus opere factum credo, ut Patriarcham Babylonicum Chaldæorum ex Mesopotamia, qui vocatur Josephus III. agnoscerim illinc appulsum propter virgæ Turcarum molestias, quem liberavi ex illis partibus orientalibus infidelium Turcarum: Ut abjectum & squalidum miseris obrutum vidi, lachrymas continere non potui ut ad commiserationem non vertexer, immo cum de illius persona certior factus essem, ita ut non potuerim errare ad amplexum curri & ille me reciproca salutatione amplexus est teneris animi significationibus, sed creverunt lachrymæ & largiora vena fluxerunt ab oculis, cum ipsam Patriarcham audivi narrantem persecutiones, exilium, minas, contumelias, ærumnas, & mil-

lena alia incômoda, quæ pro religione Catholica perpessus fuerat, à Nestorianis hæreticis & Turcis Christianis Catholicis semper infensus, ego miseratione ductus exhibui meam operam licet imbecilem in ipso adjuvando, quibuslibet modis tum verbis & consilijs, tum readjecta pecunia, quam proprijs & clausis oculis obtuli pro ipsius servitio & sublevanda egestate, sicut eodem modo feceram in adjuvandis miseris Christianis amicitias & patrocinium Principum viva voce & literis quando opus fuerat invocavi efficaciter, ut manum beneficam porrigeret suis indigentibus.

Testis omnium mihi sit Princeps Transilvaniæ ad Archipelagum Rakoci, qui ignotus eidem Patriarchæ per me factus fuit notus & insignis benefactor, quem ut vix audivit & literas ejus em accepit, statim aperuit manum & finem suæ beneficiæ, quæ sua vota superavit facta numeratione & erogatione non minoris sumæ pecuniæ, quæ libenter concessit & habita contemplatione meorum humilium precum & characteris insignis Patriarchæ & habito respectu ad magnitudinem animi religioni Catholicæ propensum, non peperci viarum incômodis, non inclementiæ cæli, & asperitati maris, ut omnibus modis curarem illi inservire.

§. IV.

Poloniam Regnum post longum iter tot incômodis plenum tandem attigimus, ibique per me patefacta & declarata Senatoribus præcipuis & magnatibus persona prædicti Patriarchæ, certatim isti mutua emulatione pietatis incensi piam operam præbuerunt succurrendo consilio & manu pecuniæ & incômodo perpessi itineris largo favore consenserunt, alij currus, alij vestes, alij equos, alij pecuniam, alij munifica liberalitate suppeditabant.

Non loquor de alijs privatis civibus, qui flagrantes amore religionis Catholicæ isti Patriarchæ ex longinquis partibus Asia ad-

veniēti omnibus modis favere & donis cumulare studebant, ita ut Patriarcha idem gaudiō & lætis acclamationibus exceptus & perfusas ærumnas iam transactas felices appetaverit propter hilaritatem animorum Christifidelium, qui in vultibus veluti in manifesto cordis theatro perspicuè apparebant. Ob oculos legētium narratio ista sincerissima rerum omnium, quas ob amorem religionis Catholicæ peregi, enixè deprecor, ut si quam benemeritorum umbram deprehēderim benè de me iudicent, si verò nullam. malè censeant.

Cum eodem Patriarcha magis intimam amicitiam cōrahens, accepi ab illius ore quod penes se literas à Clemēte XI. Pōfice & à Benedicto XIII. exaratas aliasq; à S. Cōgregatione propagandæ Fidei expeditas tenebat, quas mihi etiam ostēdit, Bullas pariter sui Archiepiscopatūs produxit, quibus ego testimonijs plenissimā fidem habens, huiusce cōsiliij sui auctor, ut Europam mecum associatus pergeret, quam ipse idem Patriarcha per vnum annum suspiraverat, sed debitorum catenā onustus non potuit ad exitum perducere mediatum iter; mea tamen imbecillitas modum opportunum suggessit, ut se ab hisce molestijs sive impedimētis liberaret, post tres igitur dies cogitavi modum, ut liberrimè ex Constantinopoli discederet p̄optus, idcirco non paucas meas res oppignoravi pecuniasq; dedi, deinde literas Italicas ad Principem Rakoci ad archipelagum manētem misi subscriptas munitasq; sigillō & nomine ejusdem Patriarchæ, non mediocrem sūmam pecuniarum transmisit prædictus Princeps per illustrissimum Dominum Tarmam Residētē Byzantij Imperatoris Romanorum, cui iam innotueram per literas scriptas ejdem residēti pro meo favore, ab Eminentissimo Cardinale Altan Vicerege Neapolitano litteras passūs pro me obtinuit idem residens, quibus obtentis præfixō titulō regis Turcarum, hisce rebus necessarijs præparatis ad iter iam destinatum, Deo favēte postremis diebus Junij anno 1731. ex Cōstantinopoli discessimus.

simus per provinciam Romaniz & Bulgaria obviā habitis varijs urbibus, & superato mōte aspero Baukon dicto vā cum flumina Geras, at per quadraginta vices illud tranare coacti fuerimus, ulterius progrediētes ad quemdam cāpum cōsedimus, in quo rex Poloniae Vladislavus incredibilem Turcarum stragem ediderat, qui antea cum toto suo exercitu per Danubium navigaverat ibiq; stetit, fluēte ex vna parte eodem Daubio, ex altera nōvibus insurgētibus in quibus locis nostri cum Turcis strenuè cōgrediētes celeberrimā victoriam obtinuerunt, intervallo duodecim dierum à Cōstantinopoli equitatu cōfecto, tumuli adhuc cadaverū sepulcorum superfusæ terræ innumeri existunt, testātes memoriam stragis multiplicis ibidem patratæ. Sūmo mane evigilātes venimus ad vnam villā propè Danubium, quam villam prætergredientes omnes tributum solvere debent, ego & Patriarcha fuimus à datione huiusce tributi liberi statim ac exhibui literas passūs Sultani nomine firmatas.

Cimbam cōscendimus, spatio quatuor horarum Galac civitatē pervenimus, quæ ad Principem Valachiz spectat, olim pulchra sed nunc semidiruta exceptis ædibus aliquot ligneis cum quatuor Ecclesijs ex lapide cōstructis. Pater Frā. itcanus vnus Missionarij ibi degit præfectus custodiæ & regimini paucorum Catholicorum, qui per varia loca sunt hincinde dispersi, in hac vrbē frequentes nascuntur occasiones per mare eundi ad diversa loca maris nigri.

§. V.

Reliquimus urbem Galaci, & vix in via aliquot passus progressi fuimus, cum stetit vnus Eurus cujusdam mercatoris in præceps fuit actus cum insigni rotarum fractura, pro qua restituta coacti fuimus dormire in campo. Post aliquot dies pervenimus ad civitatē Jasi caput Valachiz in qua ille Princeps sedem habet; ista provincia Valachiz spectat ad diocēsim Tur-

Turcarum, Princeps tamen qui illam gubernat, juxta pacta debet esse Christianus Schismaticus, qui tamen cōsensu Sultani eligitur, & qui majores pecunias offert certius eligitur, & præter pecunias illas erogatas tenetur etiam annum tributum solvere Sultano.

Tota provincia latissima est, præter silvas densissimas in suo circuitu occupata præruptis montibus inaccessa. Tanta erat inopia aquæ in itinere quod per Turciam habuimus, ut vix puteum inveniremus aquâ plebâ, quam cum haurire unusquisque nostrum studeret, ego cum etiam equum quo vehebar reficere eadem aquâ voluissem, disturbavit me nequissimus Turca educendo cultrò me lauciare conabatur. In hac civitate Jasi sunt multæ Ecclesiæ Valachorum Schismaticorum, exceptâ unâ parvâ tabulis cōstructâ, quam Franciscanus Missionarius custodit.

Paucis ab hinc annis fuerant cōbustæ Jasi aliquæ domus, & supradictus princeps Valachiæ vana ostentatione elatus scripsit ad principes & vrbes Europæ mēdacia in epistolis, cumulus nimirum, quod Jasi multa millia domorum unâ cum palacijs fuerunt cremata, cum tamen pateat omnibus Geographis & præcipuè illis qui ibi fuerunt, quod miseræ domus lignæ & tuguria tantum reperiantur.

Valachorum origo ab Itala profluxit, qui cum semper seditiones, latrocinia, sacrilegia perpetrarent, Imperatores ut hanc pestem longè eliminarent à suis finibus ad ista loca deserta & silvestria eosdem ablegarunt. Observavimus per viam plurima loca, in quibus Poloni cum Turcis & Tartaris atrocissima prælia commiserunt.

§. VI.

Tandem Deo obsecundante columnam sive terminum in forma pyramidis affecti fuimus, in cujus vertice Crux & Stemma Celsissimi Primatis Poloniæ de Domo Potocki fulgebat, veluti primordium jurisdictionis amplissimæ totius Poloniæ regni.

Vix

Vix hanc columnam excessimus, cum iam per triginta dies à Cōstantinopoli discesseramus & hoc temporis spatio sub dio aperto & in campo noctes integras transegimus nullâ tabernâ pro hospitio repertâ, tandem vrbs Chorodynka occurrit incolis frequens & pulchra positione fruens. Hic tres dies transegimus, suscipientes postmodum iter versus Camenecum, & dum per flumē Niester trajicimus, milites Poloni custodiendis finibus Regni destinati, ut ibi sisteremus habere voluerunt, & licet passuales literas ex Chorodynka obtentas ostendimus, fidem tamen non habuerunt, agentes quod Turcæ simus, cōjicientes ex habitu Patriarchæ, & ex vestibus servorum Turcicum statum, quibus cum ego veritatem diversam à conjectura, quam conceperant, persuadere vellē, malis modis me tractarunt, minas intentantes cum gladijs; demum ut cōroversia ista dirimeretur, ad Zwaniec civitatē nos duxerunt, ibique coram vno Domino præfecto finibus Poloniæ & Turcarum steterimus, cui cum literas nostras passus ostendimus, his perlectis, cum bona venia nos dimisit.

Ad Camenecensem civitatem perreximus, quam vix fuimus ingressi, cum statim Pater Jesuita Krusinski nobis obvius occurreret, qui in Persia fuerat Missionarius, sed nullum illorum convertit ad fidem Catholicam, & quem ego annis posteris non procul ab vrbe Jerusalem iter habentem inveneram; Patriarcham autem in civitate *Diurbergier* in Mesopotamia agnoverat, cum ex Persia illuc transfugeret & apud eundem remansit per aliquot dies hospitio liberalissimo exceptus: Eundem igitur Patriarcham Pater Jesuita magno cum affectu amplexus fuit, invitavitque ad Collegium, ibique per tres dies cōviviō lautō fuit idem Patriarcha tractatus.

Supra dictus Missionarius diu in aula regis Persarum fuit versatus, & illa occasione volumen cōscripsit totius belli Persici & rebelliarum, quæ in regno Persarum subortæ fuerunt, hanc historiâ lacino & Turcico stilo exaratam magno Vesirio Turcarū dicavit.

M m.

Multa

Multa perpeſſus fuerat idem Miſſionarius incōmoda dum ex Perſia ad Poloniam veniebat, proviſtu etenim ſibi comparādo, vt ipſe narrabat, coactus fuit quadam vice camelos multos paſtere pro ſervitio Turcarum eo fine, vt aliquod fruſtum panis ſuppeditarēt. Opprimebatur à ſomno quando cum Caravana iter habebat, & ne in via ſomno obrutus relinqueretur, qui tunc poterat eſſe Arabum præda, cum lapide aſſiduè caput ſuum percutiebat, digitifq; brachia aliaſq; corporis partes affligebat, vt ſic vigil aſſiduè maneret, herbam nicocianam in os quoq; mittebat, vt averteret ſomnum, multas margaritas attulit & alia.

Civitas Camenecenſis iam pridem ditioni Turcarum ſubjacebat ſed Rex Poloniæ AUGUSTUS II. vindicavit eripuitq; ex illorum manibus, Eccleſiaſq; cultu Machometis cōtaminatas cultui Chriſtiano reſtituit, vna tantùm Turcica turri relicta cum luna, ideſt vexillo Turcico, cui ſimulacrum B. V. M. impoſuerunt, quæ Poloniæ regnum reſpicit. Hæc vrbs munitiſſima eſt, propter poſitionē à natura ipſa roborata, addito artus humanæ ingenio, quæ & foſſas & propugnacula erexit ad propulſandos hoſtium incurſus, adveſtâ tormentorum muralium copiâ, quæ per ordinē diſpoſita ſupra muros ſecuritatē eidem vrbi pollicentur. Aliquot Religioſorum cænobia in hac vrbe ſunt, præter non paucas Eccleſias Deo & Sanctis dedicatas.

§. VII.

Relicto Cameneco, paſſus ad civitatem Zloczow direximus ibiq; Sereniſſimum Principem IACOBUM filium Regiſ Poloniæ IOANNIS III. invenimus, qui animo verè Religioſo & clementiſſimo Patriarcham excepit, in prandio lautè adornato habere voluit convivam, multa benèvoletiaſq; ſigna protulit, quæ ſtatim indicabant quanta pietas, aliarumq; virtutum corona ejuſdem animum ornabat, ex ejuſ ſermonibus ad Religionis Catholicæ

Catholicæ decus argumentumq; cōverſis abundè collegimus, verū eſſe Chriſtianæ pietatis ſimulacrum & exemplar; tanta humilitas in ejuſ dictis elucebat, vt non principem, ſed ſocium familiarem primo aſpectu vnufquiſq; iudicaſſet, ſed inſoles Regia Paternæ æmula emicabat ex fronte, & tunc ſpecies hæc menti intuentium objecta obſequium & venerationem maiorem eliciebat; teſtis oculatus hujuſce dignationis & humilitatis ego, qui ejuſdem Principis laudes delibo, quas pleniore oratione non proſequor, cum ſacundiaſq; laude ſim deſtitutus, iſtumq; laborem felicioribus ingenijs relinquo, vt pro dignitate ſplendidum hoc argumentum tractent, ſicuti egregiè tractarunt doctiſſimi illi Viri, qui litteris tradiderunt Heroica geſta Parentis ejuſdem Principis, de religione Catholica tam benè meriti, quam Religionem ex faucibus cerberi Ottomanici eripuit in memorabili illa obſidione Vienneniſi, quam penitè diſjecit, & veluti caliginoſam noctem terris Chriſtianorum incubantem veluti Sol fulgētiſſimus radijs virtutis heroicæ armatus diſpulit, catenas, quas Thracos ſuperbi Chriſtianorum pedibus imponere cogitaverāt, pedibus eorundem gravioreſ ingeminavit, exultante vrbe Roma vna cum Chriſti Vicario INNOCENTIO XI. tunc feliciter regnante, qui precibus Cælum fatigaverat, vt victoriam ſuperiùs cōmemoratam benignè lagiretur; quam conceſſit cum ingenti gaudio totius orbis terrarum, quæ inaudita à ſæculo ſemper prædicabatur & in factis ſæcularibus & in Eccleſiaſticis cum immortalis gloria totius Regni Poloniæ, cui obtigit fors fauſtiſſima habendi tantum Regē quem ſimilem elapſa ſæcula non dederunt, & ventura laborabunt dare.

Post multos ſermones in cōvivio habitos ex dignationē ſupra dicti ſereniſſimi Principis, ego cum Romæ ter fuiſſem, pro ſolatio & cōſolatione ejuſdem Principis multa dixi in laudem Filiaſq; ejuſdem Reginaſ Angliæ, quæ juncta eſt in matrimonio IACOBO regi Angliæ Romæ moranti, cujuſ eſt tanta pietas, vt tota vrbe Roma,

veluti simulacrum Christianæ pietatis charitatisq; & humilitatis suspiciatur. Lautè tractati à præfato Principe plurimis affectûs significationibus dimissi, Leopoli Ruffiæ Metropolim pervenimus, in qua vrbe multos Senatores & Principes Episcoposq; occasione solennium nuptiarum Illustrissimi Rzewulski Pocillatoris Regni cum Excellentissima Potocka, ad quas nuptias fuit etiam invitatus Patriarcha & ego veluti comes itineris interfui, mensæ accubuit etiam Legatus Tattarorum invitatus, qui cum penes ipsum Patriarcham sedisset in convivio, cum nihil nec comederet nec biberet, idem Patriarcha ab illis persuasus interrogavit eundem Legatum, cur ab istis epulis se abstineret? ille verò statim reposuit: quod huiusmodi fercula flocci faciebat, cum equinam carnem deesse vidisset, quam solum & vnicum condimentum sapidum epularum reputabat; exprobravit eidem Patriarcha gustum huiusmodi insulsû & barbarum, sed ille veluti stipes & truncus verbis ejusdem Patriarchæ non commovebatur.

Absoluto convivio ego non omisi omnes Senatores adire, quibus disertis verbis angustiam & miseriam Patriarchæ explicavi, cui ut succurrerent multa argumenta ineluctabilia afferebam, quam multas persecutiones passus fuerit ab infidelibus propter religionem Catholicam, multaq; debita contraxerit pro liberandis Christi fidelibus captivis, ostendi præterea literas in forma Brevis Apostolici exaratas à Benedicto XIII. summo Pontifice & conatus sui quantum in viribus meis situm erat, postulare pecunias ad idonea subsidia ad sublevandam ejusdem inopiam, nec sollicitudo fuit irrita, ut antea commemoravi, abundè etenim fuit suppeditatum omne necessarium, respiciens vestitum ejusdem Patriarchæ decorum & proprium, tunc commodum itineris præstito curru & equis, omissis muneribus liberaliter missis dicto Patriarchæ ab iisdem Principibus, quibus cum mulatus à Leopoli discedere cogitavit. Et cum hæcenus usq; ad hanc urbem concordas adinvicem fueramus, nescio quis malignus

Spiritus

Spiritus hanc bonam harmoniam Christianam charitatem spirantem veneno pestifero contaminavit & fregit; eòq; processit malam, ut sanari non potuerit vulnus calumniæ ab alijs gratijs mihi inflictum apud eundem Patriarcham, qui præter meam sententiam atq; opinionem cum in bono primoq; affectu quem Constantinopoli ostentabat friguisset & faciles aures dedisset dictis meorum malevolentium ego ne in majus infortunium inciderem, decrevi illum siacere viam versus Romam obire.

§. VIII.

JNterim non omisi à Reverendis Missionarijs Theatinis in Collegio Pontificio Leopoliensi petere, ut idem Patriarcha saltem non denegaret conscribere mihi testimoniû seu sigigrapham pecuniarum ante acceptarum, quam concessit, aliud attestatum de meo obsequio fideliter præstito à Constantinopoli Poloniam usque.

Multis prærogativis gaudet Leopoli non tantum materiam Urbis pulchritudinem respicientibus, sed formalem; Triplex etenim Sedes ibi Archi-Episcopalis coruscat, varijs Pontificum privilegijs decorata, nimirum Archi-Episcopi Latini, Archi-Episcopi Metropolitæ Ruthenorum, Archi-Episcopi Armenorum: Excellentissimus Dominus Archi-Episcopus Latinus eximius Senator serenissimæ Reipublicæ Polonæ de inclita & excellentissima Familia SKARBEK magnum generositatis specimen edidit erga dictum Patriarcham, multo etenim auro alijsq; donis locupletavit, postquam prandio lauto excepisset, sed iam pridem nota fuerat & perspecta toti Regno Poloniæ virtus liberalitatis præfati Archiepiscopi aliarum virtutum choro stipati præter pietatem eximiam, quam inter omnes Præsules & Antistites Polonos emicat & fulget.

Grati animi officium poscit, ut nominatum superius dictum Excellentissimum Archi-Episcopum Metropolitanam Leopoliensem

Ruthen-

Ruthenorum SZEPTYCKI debito eloquio non fraudem propter multiplicem generositatem erga Patriarcham Babylonicum Chaldæorum editam, & propter innumeras benevolentiae significationes erga meam personam exhibitas, quas si vellem recensere non verbis paucis uti deberem pro justa mensura meae obligationis exprimendo. Alterum Excellentissimum Archi-Episcopum Leopoliensem Armenorum AUGUSTYNOWICZ moribus & litteris ornatissimum quantum possum laudo, qui etiam ipse zelô Catholicæ fidei incensus, vix audivit adventum dicti Patriarchæ Chaldæorum cum statim in domo sua lauto convivio tractavit, nec ullam occasionem prætermisit eundem juvandi efficacissima cōmendatione & liberalitate manûs.

Nec silentio prætermitto, quòd Celsissimus Princeps Wisniewiecki Korybuth Castellanus Cracoviensis animum manumq; generosam contulit pro sublevando eodem Patriarcha; erga me eximium affectum ostendit, cum literas cōmendatitias ad meum favorem direxerit ad sūmum Pontificem CLEMENTEM XII. datis alijs ad serenissimum Principem Eugenium, in cujus laudes libenter genio meo excurrerem, si facundia sufficiens mihi suppeteret par immenso ejusdem merito, sed cum sim conscius meae imbecilitatis, consultius me facturum existimo, si eas tantum innuo nō pleniore oratione prosequor, periculum certissimum illud evitans ne in immensū veluti pelagus & mare abreptus, principium & finē suarum laudum dubius invenire possim.

§. IX.

Amabilitatem & affabilitatē Reverendissimi Patris RADANASCHI Præfecti Collegij Pontificij Leopoliensis verbis satis dignis non possum cōmendare, hoc verum tantum ajo quòd iste animo veluti regio præditus, per quinquaginta & plus dies nostræ moræ Leopoli peractæ innumera charitatis & generositate

generositate opera præstitit erga eundem Patriarcham, quem omnibus modis juvare cōsiliò, pecunijs, cōmendationibus apud principes satagebat, & felicem Leopolim reputo, quæ per tot annos sub Cælo virum tam eximium, virtute & pietate conspicuum, Republicæ Christianæ utilissimum habet, cui ut suum meritum immensum exigit, omnia fausta & felicissima apprecor.

Alienatus animò Patriarcha à me, socium in itinere intrusū aliquem Sacerdotē Romam secum sumpsit, quem postea in itinere reliquit, qua occasione nescio; Ego autem Clarum montē CZESTOCHOVENSIS ad visitandam Imaginem miraculosam DEI PARÆ perrexi ibiq; per duodecim dies moram protraxi, ubi vidi plena loculamenta votorum, aspirantium, flentium ex diversis nationibus adventantium cum desiderijs & supplicationibus eandem Sanctissimam verè MATREM omnium peccatorum, ibiq; Confessionem absolvi & impressum testimoniū hujusmodi cōfessionis meæ accepi.

JN cypressina Nazarenæ Domus mensa Sanctissima DEI PARÆ Virginis Imaginem sacram Divi LVCAE Evangelistæ penicillò depictam, antiquissimis & usq; nunc quotidianis innumeris miraculis clarissimam visitationibusq; omnium verè Europæ provinciarū celeberrimam, hic in Alma clari montis CZESTOCHOVENSIS Ecclesia ultra trecentos annos depositam beneficio CLEMENTIS XI. in Anno 1717. Coronatam debita cum devotione post Sacramentalem Confessionem Ss. Eucharistiae sumpto Sacramento visitavit T. S. W. Die 17. Mensis 8bris Anno Domini 1731. ita testor,

Stanislaus Szoldrski Ord. S. Pauli primi Eremitæ
Desin: Prouin: & supra dicta Eccl: Claromontana
Sacristianus. mm: pp.

Cum antea fuërim apud Celsissimum Principem LUBOMIRSKI Capitaneum Sepoliensem repertum in vno loco non admodum distante

stante ab vrbe Jaroslavia, qui me benignè alloquio excepit, & beneficia majora mihi contulisset, nisi adventus præfati Patriarchæ mihi parùm propitiij consecutus fuisset. Herodès semper protulit in Regno Poloniæ Familia incluta Lubomirsciorum armorum & sapientiæ laude præclara, sicut nostro tempore recenter extitit incomparabilis vir Senator & Princeps Lubomirski, qui Commissarius totius Rei-publicæ consensu electus fuit in cõpescenda rebellione excitata Toronij ab Hæreticis causâ religionis Catholicæ, in cuius emolumentum & decus penitus extinxit. Mirificè gaudeo, quoties occasio opportuna mihi se se offert cõmemorandi liberalitatem & generositatem principum Polonorum, quorum vnus præcipuè meum obsequium totum quantum est sua benevolentia ad eò pertraxit, vt si centum annos viuere deberem, semper ejusdem munificentiam & incomparabilem bonitatem laudarem, iste fuerat Lubomirski Palatinus Sandomiriensis, quem Dambroviæ offendi.

Viennam adivit Patriarcha Chaldæorum postquam discessit Leopoli, quò post paucos dies ego etiam meis expensis perveni, & conscius factus hospitij in quo idem Patriarcha manebat, officij causa ad illum pergere volui pro augurando vltiore itinere Romam versus faustissimo, sed vix limen cubiculi in quo erat tetigi, cum statim me non benè recepit; hujusmodi rejectiones à servis suis quærens, dederunt mihi responsum, quòd malevolus literas meum nomen bonum denigrantes à quibusdam personis Constantinopoli degentibus acceperat, quas tamen ficticias esse à plurimis iudicijs deprehendi, conscius etenim mihi fueram nullius culpæ commissæ, quam coram toto orbe fateor, si vera labes alicujus facinoris meum animû occuparet, sed *Vacare à culpa, magnum est solatium.* sicuti sapientissimus ille protulit.

Accepi Viennæ, quòd idem Patriarcha coram Imperatore se præsentavit & tapetem artificio Turcicò elaboratum voluit dono dare, sed nescio quo animo Imperator accepit hujusmodi donû
Maje-

Majestati Cæsareæ non correspondens; Romam ille postmodum adventavit, hospitiumq; apud sanctum Norbertum sibi destinavit, & post aliquot dies quieti datos, respirando ab incõmodo longi itineris Pontificem adire optavit, introductusq; ad audientiam exposuit omnes labores, incõmoda, detrimeta, tributa, quæ fuerat perpeffus ab infidelibus; quibus auditis direxit eundè ad propagandâ vt victu quotidiano Sufficienti sustentaretur, & cõmodo curru etiam iuvaretur propter incõmodum senectutis, quò laborabat.

Post duos Menses cõmodo equi vectus in itinere ego quoq; Romam perveni cum iam scivissem de adventu Patriarchæ iam pridem secuto, nolui prætergredi occasionem eundem Patriarcham ad eundem, qui statim vt me cõspexit subridere incepit, salutationeq; benignam fuit impartitus, & de meo itinere vtrum prosperum vel adversum fuerit benignus interrogavit, & ego etiam de suo quod ante me habuit cum affectu sui sciscitatus, in prandio me voluit habere & vrbanitatis causâ non recusavi hujusmodi invitationem.

Ego interim volui & res meas agere, & literas cõmendaticias scriptas à Celsissimo Principe Wisniewiecki Castellano Cracoviensi Põifici deferre, introductus coram eodem Pontifice tradidi, & viva voce exposui omnia, quæ mihi cum Patriarcha Chaldæorum contingerant, addens memoriam schedulæ mutuo acceptarû peccuniarû exaratae Cõstantinopoleos ab eodem Patriarcha, quas vt ab illo peterem Romæ, justissima ratio mihi assistebat; Laudavit sũmus Põifex Clemens XII. meum zelum, auxiliumq; suum fuit pollicitus, & vt veluti pignus majoris remunerationis datum promissum tenerem, erogavit statim propria manu mihi idem sũmus Põifex non in minore quantitate aureos, quos ego veluti numismata sacra venerabundus sumpsi osculato sãctitatis suæ pede.

Ad Secretarium deinde me contuli, eiq; pariter exposui ea omnia, quæ in subsidium & favorem Patriarchæ Constantinopoli feceram, & dictus Prælatas nobilissimæ & conspicuæ famæ sũma cû
N a. benigni;

benignitate me excepit & audivit, & patrocinium suum spontè paratum in quacunq; occasione quæ se se obtulerit, promisit, & Cardinales sacræ Congregationis certiores facere asseruit de his omnib; zelo Fidei Catholicæ gestis, vt opportuno tēpore adinvicem congregati, aliquid in meum favorem possint decernere, & si opus fuerit Patriarcham cogere ad reddendas pecunias à me Cōstantinopoli eidem pro suis necessitatibus erogatas. Sed nescio an meo infortunio an fortuna sit factum, vt idem Patriarcha ab oculis meis se subtraxerit, non persoluto suo debito.

§. X.

MEa mora Romæ protracta magno fructu inscriptionum passim collectarum in Basilica divi PETRI & Mausoleis summorū Pontificum in aliisq; Ecclesijs Et ut à nobilissima omnium Ecclesiarum Basilica incipiam, nempe Divi PETRI: Facies, ejusdem magnifice exstructa suppeditat inscriptionem Laconicis verbis exaratam, quæ sic se habet. *In honorem Principis Apostolorum PAULUS V. Burghesius Romanus Pontifex Maximus Anno 1612. Pontificatus septimo. juxta gradus subiectæ plateæ prominent duæ statuæ marmoreæ sancti Petri & Pauli cum his inscriptionibus. veteres gradus à Paulo quinto restaurati Alexander septimus erogata pecunia in meliorem formam redacti 1612. sub pedibus earundem, Statuarum Pius secundus Pontifex maximus Petro Cali Ianitore. In interiori templo Divi Petri supra ostium ejusdem Sepulchri Divi Petri hæc Inscriptio habetur: Sacra Beati PETRI. confesso à PAULO Papa quinto ejus seruo oxornata 1615. Pontificatus sui 11. supra portas istius templi in Basilica Principis Apostolorum: in hac molis amplitudinem multiplici Romanorum Pontificum ædificatione perductam Innocentius aecimus Pontifex maximus novo celature ornatis sacellis interjectis in utraq; Templi ala Marmoreis columnis strato vario lapide parimento magnificentia terminavit. Supra aliam portam*

*eam Urbanus Octavus Pontifex maximus Vaticanam Basilicam à Constantino Magno extructam à Beato Silvestro Dedicatam in amplissimo Templi formam religiosa multorum Pontificum magnificentia relatant. solemniter ritu consecravit, sepulchrum Apostolicum ære ac mole decoravit aras & sacella statuis ac multiplici operibus ornata. in tertia parte Paulus quintus Vaticanum Templum à Iulio tertio inchoatum & usq; ad Gregorij & Clementis Sacella assiduo centium annorum opificio productum tantæ molis, accessione universum Constantinianæ Basilicæ ambitum confecit confessionem Sancti Petri exornavit frontem orientalem, & porticum exstruxit In circuitu Basilicæ intus sunt incipiendo à manu sinistra Baptisterij usq; ad Crucifixum Baptisterium celeberrimum cerchitur in eadem Basilica ære conflatum solido auro deaurato, cum inscriptione. Benedictus XIII. Ordinis Prædicatorum humane regenerationis fontem veteri ritu instauravit Anno M. DCCXXV. Pontificatus sui anno 11. Sepulchrum ejus non procul abhinc cum inscriptione Benedictus XIII. secundum Sepulchrum inscripção hæc, *In innocentia ingressus sum redime me Domine & miserere mei. Innocentius VIII. Italiæ pacis perpetuo custodi novi Orbis suo ævo inventi gloria Regi Hispaniarum Nominis imposito, Crucis Sacrosanctæ reperto titulo lancea, quæ Christi aperuit latus à Baiazetta Turcarum tyranno dono missa æternum insigni monumentum è veteri Basilica huc translatum. Aliud Mausoleum. Urbanus sextus comitissa Mathildi virilis animi femina sedis Apostolicæ propugnatrix pietate insigni liberalitate celeberrima huic ex montuano Sancti Benedicti canobio translatis ossibus gradus æternæ laudis promeritum monumentum posuit Anno M. D.C. XXXV. Mausoleum aliud Christinae Svecorum Reginae ob Orthodoxam Religionem abdicato Regno, abjurata heresi, pie susceptam ac delecta Romæ sede eximia cultam monumentum ab Innocentio XII. inchoatum Clemens XI. absolvit**

anno M. DCCII.

Naz

§. XI.

Aliæ subscriptiones sunt ubi asservantur Reliquiæ & Crux Sancta Veronicaq; velum, partem Crucis quam Helena Imperatrix è Caivario in Urbem evexit. Urbanus VIII. P. O. M. alessoriana Basilica desumptam additis ara & statua hic in Vaticano conditorio collocavit secundum conditorium. Salvatoris Imaginem Veronicæ sudario exceptam ut loci Majestatis decenter custodiret Urbanus VIII. P. O. M. conditorium exstruxit & ornavit anno Jubilei M. DCXXV. tertium conditorium. Sancti Andreae caput quod Pius II. P. O. M. ex Ahasia in Vaticanum asportandum curavit Urbanus VIII. novis his ornamentis decoratum sacrisq; Statuæ ac Sacellis honoribus coli voluit.

Quartum Conditorium. Longini lanceam quam Innocentius VIII. P. O. M. à Bajazete Turcarum tyranno accepit Urbanus VIII. statua aposita & sacello substructo in exornatum conditorium transtulit. Super quemdam lapidem hi versiculi cernuntur. Super isto lapide multa corpora Sanctorum Martyrum cesa sunt, erat in veteri Basilica ad levam portæ juxta sacellum Sanctissimi sudarij Anno Domini M. DCV. In pariete templi scriptum est. Benedictus XIII. P. M. O. ad augendam rei divinæ religionem & ornandam Principis Apostolorum memoriam ex aris hujus sacrosanctæ Basilicæ unam & viginti solemniter ritu dedicavit.

Statua insidens equo in porticu Vaticano hunc versiculum habet. Carolo magno Imperatori Romane Ecclesiæ vindici anno Jubilei M. DCXXV. In obelisco Vaticano sive pyramidi. Sixtus P. O. M. obeliscum Vaticanum Dijs gentium impio cultu dicatum ad Apostolorum limina operoso labore transtulit Anno M. DLXXXVI. Pontificatus sui 11. Ex secunda parte. Ecce Crux Domini fugite partes adversæ, vicit Leo de tribu Juda. In tertia parte. Sixtus V. P. O. M. Cruci iavictæ obeliscum Vaticanum ab impu-

impura superstitione expiatum istius & felices consecravit; In quarta parte. CHRISTUS vincit, Christus regnat, Christus imperat, Christus ab omni malo plebem suam defendat.

Statua Constantini Magni insidens equo penes gradus Vaticani Palatii, ante cujus conspectum Crux eminet, cum Inscriptione. Ambulabunt gentes in lumine tuo & Reges in splendore. In Palatio Vaticano. Sixtus V. P. O. M. ædes loco aperto ac salubri grato Urbis aspectu insigni Pontificiæ commoditati fecit, aquam vaticani collis incerto olim de errante ab Damalo inventa Scaturigine ad lavaerum novæ generationis in fontem corrivantem rursus amissam. Innocentius X. P. O. M. conquistam repertamq; ac mire probatam fonti recenter exstructo restituit ut in Urbe aquis peregrinis affluere ædes vaticanæ suam hanc haberent gemina salubritate gratius hauriendum.

In Bibliotheca Vaticana sunt isti versus. Sixtus V. P. O. M. Bibliothecam Apostolicam à Sanctissimis prioribus illis Pontificibus, qui B. Petri vocem audierunt in ipsis adhuc surgentis Ecclesiæ primordijs inchoatam pacem, Ecclesiæ reditum Laterani institutam à posterioribus deinde in Vaticanum ut ad usus Pontificis paratior esset translata ibiq; à Nicolao V. auctam à Sixto 4to insigniter excultam, quo fidei nostræ & veterum Ecclesiasticæ rituum documenta omnibus linguis expressas & aliarum multiplex sacrum copia librorum conservaretur ad puram & incorruptam fidei & doctrinæ veritatem perpetua successione in nos derivandam toto terrarum Orbe celeberrimam cū loco depresso obscuro & in salubri sita esset, aula per ampla vestibulo cubiculis circum & infra scalis porticibus totoq; artificio à fundamentis exstructa subsellis plateisq; directis libris dispositis in hunc editum per lucidum salubrem magisq; oportunitate locum extulit pietatis illustribus unaq; ornata liberalibus doctrinis & publice studiorum utilitati dicavit Anno M. DIXXXVIII.

Statuæ vaticorum Authorum inventarum literarum sunt mirifice

fice depictæ incipiendo ab Adam nostro Parente cum diversis inscriptionibus Adam divinitus edoctus primus scientiarum & litterarum inventor. In secundo loco, Moyses antiquas litteras hebraicas invenit. In tertio loco. Abraham Syras & chaldaicas litteras invenit. In quarto loco Daniel & socij linguam scientiarum Chaldaicam discerunt. In quinto loco. Filij Geth columnis duabus rerum caelestium disciplinam inscribunt. In sexto loco. Esdras novas hebraeorum litteras invenit. In septimo loco. Mercurius Thoit Aegyptiis sacras litteras conscripsit. In Octavo loco. Isis Regina Aegyptiarum litterarum inventrix. In nono loco. Menon Phoenico æquales litteras in Aegypto invenit. In decimo loco Hercules Aegyptias fœgias litteras conscripsit. In undecimo loco Phœnix litteras Phœnicibus tradidit. In duodecimo loco. Linus Thebanus litterarum Græcarum inventor. In decimo tertio loco. Sceraps Diphies primus Atheniensium Rex Græcarum litterarum author. In decimo quarto loco. Cadmus Phœnicis fœtter litteras in Græciam intulit, In decimo 5to loco. Simonides Melicus quatuor litteras Græcas invenit. In decimo 6to loco Epicharmus siculus duas Græcas litteras addidit. In decimo septimo loco Pythagoras litteras adhumanæ vitæ exemplum invenit. In decimo octavo loco. Palamandes Bellatro Trojano Græcis litteris adjecit. In decimo nono loco Evander Carment ab origine litteras docuit. In vigesimo loco Nicostrata Carmenta latinarum litterarum inventrix. In vigesimo primo loco. Damaratus Connyth æruscarum litterarum author.

In alijs parietibus. Claudius Imperator tres novas litteras latinas adinvenit reliquæ duæ usu obliterate sunt. In vigesimo secundo loco Sa: JOANNES CHRISOSTOMUS litterarum Armenicarum author. In vigesimo tertio loco. Vulphilas Episcopus litteras Gothorum invenit. Sanctus Cyrillus aliarum Illiricarum litterarum author. Sanctus Hieronymus litteras aliarum Nationum inventor.

In Parietibus excellentissima arte sunt depictæ Bibliotheca Hebraica

braica cum aliquibus versiculis. Bibliotheca Hebraica, Esdras Sacerdos & scriba Bibliothecam Sacram restituit Moyses librum legis levitis in tabernaculo reponendum tradit. In secundo loco Bibliotheca Eirx decretum de Templi instauratione Darij jussu peritur. In tertio loco. Bibliotheca Atheniensis Pisistratus primus apud Græcos publicam Bibliothecam instituit. In quarto loco. Seleucus Bibliothecam à Xerxe asportatam referendam curat. In quinto loco Bibliotheca Alexandrina Ptolomæus ingenti Bibliotheca instructa hebraeorum libros concupiscit. In sexto loco. Bibliotheca Romanorum. Tarquinius superbus libros Gibillianos tres alios à muliere in conspectum emittit. In septimo loco. Augustus Cesar Palatina Bibliotheca magnifice ornata varias litteras fovet. In octavo loco. Bibliotheca Jerosolimitana Sanctus Alexander Episcopus & Martyr Dacio Imperatore in magna temporum acerbitate sacrarum Scripturarum libros Jerosolimis congregat. In nono loco. Bibliotheca Casariensis Sanctus Pamphilius Præbiter & Martyr admirandæ sanctitatis & doctrinæ Casarææ sacram Bibliothecam libros sua manu descripsit. In decimo loco. Bibliotheca Apostolica S. PETRUS sacro am librorum Thesaurum in Ecclesia perpetuo asservari jubet. Osmunda's Aegypti Rex illustrem Bibliothecam construit & in ejus monte Salpætræ medica Officina animi præscribit.

Attalio Regis magnis Philoro dulcedinibus inducti egregium pergami Bibliothecam ad communem delectationem instituunt. Ex alia parte parietis Bibliothecæ sunt depicta Concilia eum hisve similis. Concilium Nicenum Sancto Silvestro Papa Constantino Magno Imperatore. CHRISTUS DEI Filius Patri Consubstantialis declaratur, Arij impietas condemnatur, ex Decreto Concilij Imperator Constantinus libros Ariatorum comburi jubet.

Concilium Constantinopolitanum Sanctus Damaso Papa Theodosio sent: imp: SPIRITUS Sancti divinitas propagatur nefaria Macedonis hæresis extinguitur. Concilium Ephesinum Sancto Celestino

stino Papa & Theodosio Imperatore Nestorius CHRISTUM dividens damnatur. B. VIRGO DEI Genitrix prædicatur. *Concilium Chalcedonense* Leone Magno Papa & Imperatore Marciano infelix Eutiches unam tantum in Christo post incarnationem naturam asserens confutatur. *Concilium Constantinopolitanum tertium* Sagathone Papa Constantino Poconuto Imperatore Monotholice hæretici unam tantum in Christo voluntatem docentes explodentur. *Concilium Nicenum secundum* Adriano Papa XI. & Basilij Imperatoris Sanctus Ignatius Patriarcha Constantino in suam sedem pulso Phocio restituitur. *Concilium Lugdunense* Innocentius IV. P. M. Imp. Federicus XI. hostis Ecclesie declaratur Imperio privatur de terræ Sanctæ recuperatione constituitur Rex designatur. *Concilium Vienne* Clementis V. P. M. Clementinarum decretalium constitutionum codex promulgatur processio solemnitatis corporis Domini instituitur Hebraicæ, Chaldaicæ, Arabicæ, Græcæ linguarum studium propagandæ fidei ergo nobilissimis quatuor Europæ Academijs instituitur. *Concilium Lateranense Ecumenicum* Bellum Sacrum de Hierosolima recuperanda decernitur Crucis signa instituntur. Et alia concilia multa sunt depicta quorum non facio descriptionem propter breve tempus.

S. XII.

Hic describuntur aliqui versiculi scripti in pyramidibus depictis. Quas elevavit Sixtus Dum rectas ad Templas Sanctissima pandit ad astra viam Virgo intacta manet, nec vivit adultera. Conjux castaq; nunc Roma est, quæ fuit ante salax. Fons felix celebri notus super æthera versu. Romulea passim jugis in Urbe eluit. Virginis assistit mirari templa Dianæ. Qui sanum hoc intrat Virgo MARIA tuum maximus est obelum circus, quem maximus olim condidit & Sixtus maximus inde trahit. Quintus restituit Palatia Laterana. Sixtus

tus Regnum ingens indicit publica vota ponderis o quantum Volta fuisse vides. Queris cur tota non sit medicus in Urbe. Tecta parat Sixtus suppedicatq; cibos; ut vinculis tenuit Petrum, sic alta columna sustinet hinc dedecus est decus unde fuit Jure Antonium Paulo vix Sixte subesse, nam vere hic pius est, impius ille pius. Transfers Sixte pium transferre an dignior alter, transferre an vero dignior alter erat.

Temporum Sixti redeunt Saturnia Regna, & pleno cornu copia fundit opes, Qui Regum tumulis obeliscus servivit olim, ad cunas Christi tu pie Sixte locas, dum stabit motus nullis obeliscus a curis. Sixte tuum stabit nomen honosq; tuus. Instruit hic Sixtus classes quibus æquora purgat ut Solimos victos sub sua Jura trahat, Acides partem Jthaliæ prædone redemit, sed totum Sixtus die mihi major uter, ad templum antipolis Sixtum comitantur euntem. Sed quartum in Coelis te diadema manet, dum Bonaventura eximio numerabitur inter Doctores jussu maxime Sixte tuo, tu quoq; Pontifices internumerabere primos, Quis scit an te major fama futura tibi, tu facis hic scriptis tua grandia facta manebunt, ut Bonaventuræ grandia scripta manent, postquam Jtalis suos prædones expuli oris, sustulit invictos Sixtus ab Æstra manus, & Didacum æthereis adscripsit civibus, illi thura dedit festos instituitq; dies, sic tu Sixte tibi potuisti ingentibus actis demeruisse solum, demeruisse Polum.

Pontifices olim, quem fundavere priores, præcipua Sixtus perficit arte Thronum, & tantum Sixti se gloria tollit in altum, quantum se Sixti nobile tollit opus, magnus honos, magna fundamenta ponere templi, sed sine ceptis addere major honos, saxa agit Amphion thehana maria condit. Sixtus & immensæ pondera molis agit; Saxa trahunt ambo longa diversa sed arte, hæc trahit amphion Sixtus & arte trahit, tantum exsuperat dircellum amphion Sixtus, quantum hic exsuperat cætera saxa lapis.

Romam salutavi & summo Pōntifici Clementi XII. pedes osculatus, à quo Benedictionem cum indulgentia in articulo mortis accepi, postea iter meum versus Viennam in Austria arripui, sed primum veni ad unam villam egrediendo de Italia quæ vocatur Ofiac in Provincia Stiria in Monasterio Patrum Benedictinorum, ibi est sepultus Rex Poloniæ Boleslaus audax occisor S. STANISLAI Episcopi Cracoviensis & ibi apparet tota vita ejus depicta in pariete, quomodo serviebat in culina lingua portans, quomodo serviebat tanquam vilissimus servus, quomodo moriebatur & quomodo insinuabat seipsum Confessori & statum suum cum catena Regali aurea & annulo. &c.

Viennam veni & ibi supradictum Patriarcham inveni qui fuit apud Imperatorem in audientia à quo habuit 600. florenos Germanicos sed ex illis 6centis florenis non potuit solvere meum debitum quia alia debita contraxit in certa domo in qua habuit victum quotidie, & ita cum eodem Patriarcha habui difficultatem circa debita. Sed Illustrissimus Dñus SZEMBEK Vexillifer Curia Regni qui fuerat missus à Republica Polona in Legatione ad Imperatorem Carolum VI. post obitū Regis Poloniæ Augusti II. Iste supradictus Legatus immisit manū suam inter me & Patriarcham, qui Patriarcha solvit mihi partem summæ, quam mihi debuerat, & cetera debita sive major summa in perditionem & meum damnum exivit.

Patriarcha progressus est in Ungariam, & ego veni Viennæ; Unavice veni ad Monasterium Patrum Franciscanorum Conventualium & unus Pater ex illis monstravit mihi in muro duo foramina, unum in pariete templi, alterum in pariete Monasterij, quæ fuerunt foramina facta à Diabolis quando portabant animam condemnatam de die, hoc modo, fuerat unus homo qui septem annis non fuit confessus & quodam die venit ad Confessionem Sacerdos Confessarius assignavit illi pro pœnitentia septem vicibus Communicare & Confessionem peragere, ipse fortè simplicitate du-

ctus

ctus sive malitia, una die absolvit omnes Sacras Communiones, ultimam venit absolvere ad Patres Franciscanos, post quàm mortuus est, & putabant esse illum feliciter mortuum & statim Exequias cantabant, sed statim nocte sequenti Zacristianum medianocte duo Angeli in forma hominum duxerunt ad Sepulchrum jusseruntq; extrahere ex ore illius septem Hostias, statim post hoc diaboli corpus ipsius subriperant & in memoriam reliquerunt foramina in parietibus per quos corpus traxerunt, & ista foramina per multos Annos non fuerant occlusa, latrones ingrediebantur Ecclesiã per foramina illa non habentes timorem, ne diaboli rapiant illos, supellectilem Ecclesiasticam furtivo modo acceperunt, modo parum occlusa, sed nec totaliter usq; : ad hodiernam diem apparet tota historia depicta hujusce facti infelicissimæ Condemnationis.

Urbs Roma celeberrima antiquissimis novisq; inscriptionibus ingentissimis ubiq; est nobilitata, quas si quis in unum colligere vellet, integrum volumen certo certius adimpleret. Negotia mea & tempus ad discessum urgens non permiserunt ut plures tales inscriptiones annotarem.

Proinde descriptionem harum inscriptionum finio quemadmodum Peregrinationis meæ usq; huc protraxit, quòd si occasio desiderio meo alias adhuc visitandi terras secunda fuerit

& vias illac proficiscendi aperuerit, notatu dignum mihi occurrerit denuo Lectori benevolo DEO dan-

te communicabo, cujus interim favorem pro hoc opusculo exoro & ut benevaleat opto.

Conventus Carmelitanae ab Anno 1717
Harislas Fundatore
Cref
1717 2do
Discolato m...
no m...
probo
IN-



(2)(*) (2)

INDEX RERUM MEMORABILIUM.

In hoc Opere Peregrinationis Contentarum
numerus paginam denotat.

A.

Adam Divinitus edoctus primus literarum inventor.	286.
Affinium Patria Divi Francisci Seraphici	27.
Annulus cum quo Sponsalia D. Josephus contraxit cum B. M. V.	29.
Armamentarium in Palatio Pontifico.	32.
Amphitheatrum in cujus arena pugnabant homines cum bestiis	36.
Arcus Constantini Magni Primi Imperatoris Christiani.	36.
Arcus Titi Vespasiani Imperatoris.	36.
Arcus Caii Caesaris pagani Magnificus.	38.
Araceli unde dicta?	39.
Antrum seu specus Sancti Pauli dictus.	74.
Animal Camaleon dictum viridi colore imbutum.	99.
Arcus Pilati cum tribus fenestris.	101.
Arabum natura efferata.	126.
Alexandria prima Urbs Aegypti.	149.
Aversa Urbs Episcopali sede conspicua.	181.
Angliae Regnum Nobilissimum.	192.
Avenio Urbs munificentia Regum Galliae Pontificibus donata	205.
Aper aereus veluti vivus conspicitur.	212.
Academia Florentiae Doctissimorum Virorum semper floret	212.
Annuntiatio Novi Pontificis.	227.
Aquae ductus Salomonis.	110.
Avis quaedam apparuit vario colore.	159.

B.

Basilica Divi Petri Principis Apostolorum;	29.
--	-----

Ba-

INDEX.

Basilica Sanctae MARIAE Majoris	35.
Basilica Lateranensis antiquissima structura.	35.
Basilica S. Pauli in qua Corpus Doctoris ejusdem gentium Colitur.	53.
Balnea aquis naturaliter calidis scatentia.	137.
Bethleem Civitas ubi CHRISTUS JESUS Natus.	110.
Bellum Arabicum cum Turcis sub Rhama.	125.
Basilica Divi Marci.	18.
Bononia Urbs opulentissima laude Scientiarum.	23.
Bethaniae Regio.	95.
Byzantium vijs, multis abundat.	255.
Bluar Civitas in qua Palatium Reginae Poloniae Joannis 3tij	318.
Bibliotheca Vaticana librorum copia locupletata.	31.

C.

Calcedonia Celebris propter Concilium, ibi celebratum	256.
Castellum seu oppidum Sancti Angeli nuncupatum.	32.
Campus Florae denominatus.	57.
Carcer Divi Petri ex quo ope Angeli extractus fuit.	103.
Cana Galileae, ubi Nuptiae habitae praesente Christo.	139.
Cantuariensis Urbs in qua Martyrium S. Thomae peractum fuit	195.
Canonizationis Sanctorum Cerimoniae.	167.
Cameneensis Urbs.	274.
Caenaculum Salvatoris.	98.
Caesarea Urbs Vetustissima in qua Longinus Miles pro fide Martyr	147.
Centrum Mundi Graeci fabulantur reperiri.	119.
Civitas S. Dionysij, ubi Corpus ejusdem colitur.	188.
Constantinopolis Urbs.	254.
Columna Pompeij ex integro marmore.	151.
Coronationis Electi Summi Pontificis cerimoniae	228.
Constantinus Magnus Imperator Victoriam obtinuit.	41.
Conventus Sabinensis a S. Dominico fundatus.	41.
Corinetum Civitas exigua in ditissimo Monte posita.	167.

003

Coro-

INDEX

Corona Regia liliis circumdata.	188.
Columna Troiana ab eodem Imperatore erecta.	42.
Consuetudo apud Turcas nutriendi cunas & feles.	158.
Combustio aliquot Domorum Jasi in Valachia.	272.
Cracovia Nobilitate vetustate Clarissima.	7.

D.

Domus Lauretana DEI-Pazæ Virginis.	25.
Domus Sanctæ ANNÆ. MATRIS V. MARIÆ.	101.
Domus Zachariæ.	114.
Domus Pharisei in qua Maria MAGDALENA lavit pedes Xti	103.
Domus Jacobi tota pessundata.	109.
Desertum in quo Divus Joannes pœnitentiam agebat.	115.
Draco afflatu pestifero homines necabat.	37.

E.

Edictum Imperatoris ut peregrini sub arresto manerent.	8.
Ecclesia Sanctæ MARIÆ Ægyptiacæ.	40.
Ecclesia Divo Bernardo dedicata.	51.
Ecclesia Sanctæ MARIÆ Angelorum.	52.
Ecclesia Sancti Joannis Baptistæ.	73.
Ecclesia Sancti Ignatii.	48.
Ecclesia D. Cathariæ Bonon.	24.
Ecclesia Sancti Jacobi ubi capite plexus fuit.	103.
Ecclesia Sancti Gregorij Magni.	52.
Epitaphium Godefridi qui terrâ S. Cultui Christiano acquisivit	108.
Epitaphium Baldevini primi Regis Jerosolimitani.	108.
Equitum Jerosolimitanorum Religio.	72.
Eques Melitensis miris modis ereptus de ergastulo Turcico	256.
Ergastulum omnium ferarum.	212.
Exercitia militaria nō communiter sicut alibi peraguntur.	163.

F.

Figmentum extogitatum.	124.
------------------------	------

Fer-

INDEX

Ferrara Dominio Pontificio obnoxia Urbs.	22.
Fulginatensis Civitas Patria B. Angelæ Fulginatensis	26.
Fons e Silice prorumpens ad fufas preces Divi Petri.	38.
Fontes miro artificio elaborati.	34.
Fons olei evidenti miraculo manat.	54.
Fons copiosus prorumpit cum ingenti murmure.	57.
Fons pulcher seu Fons teneblau in Sede Regia.	187.
Florentia Urbs pace & bello florens.	210.
Faminiæ suis maritis orbata super sepulchra per annum fletum institueret debent.	84.

G.

Gandix Regnum amiserunt Veneti	76.
Gaieta Civitas in qua Monticulus eminet in 3. partes abscissus	182.
Gavautum sive Gand Civitas celeberrima.	199.
Galac Civitas in Valachia.	271.
Galatæ & Pera sunt ad invicem opposita.	256.
Galeria per quam in ambulare solent Pontifices.	34.
Grandinis tempestas inaudita.	15.
Gedanum veluti Emporium omnium rerum.	3.
Getsemani Hortus.	94.
Græcus mercator volens Turca fieri Capite plexus.	24.
Galliopolis Urbs Keip. Genuenti fuit obnotia.	251.

H.

Hiberniæ regnum in quo multi Catholici occulti.	198.
Hortus Getsemani.	94.
Horologium miro artificio elaboratum.	204.
Herodis Palatium.	100.

I.

Jasa optimâ sitûs positione gaudet.	130.
Japonium Imperium jacet ad Orientem.	153.

Jeru-

INDEX 90

Jerusalem desumitur à Palatio Herodis.	100.
Insula Creta sive Gendia Regnum.	76.
Insula Sardinia.	160.
Insula Pantilena dicta.	241.
Insula Cyrium ad Ditionem Venetam spectans.	245.
Imago DEI-Paræ Miraculis clara in Monte nigro.	164.
Jordanis fluvius aquarum ubertate dives.	121.
Infortunium ab Arabibus patratum.	126.
Iustinopolim Civitas Civium strenuitate conspicua.	14.
Judas suspendio vitam finivit.	95.
Josularum Philippinarum Jurisdictio.	155.

L.

Lanio ad Tribunal tractus.	261.
Leopolis multis prærogativis gaudet.	277.
Lapis super quem Dominum Jesum Xp̄m sepius sedisse credunt	95.
Lacus Curtij in quem conscenso equo se immisit.	38.
Laureum Vrbs celeberrima propter Domum DEI-Paræ	25.
Locus in quo per 300. annos delituerat SS. Crux.	104.
Locus in quo D. Augustinus in meditatione puerum vidit	164.
Locus trium fontium appellatus ex sectiæ Capitis D. Pauli	52.
Locus velut triremis in quo pueri incorrigibiles manent,	55.
Locus Trojæ.	246.
Leadinum Urbs præcipua regionis Angliæ.	191.
Liburnum Urbs positione sita, Civium frequentia celebris	161.
Luxenburg Civitas munitissima delicijs affluens.	202.
Lugdunum Urbs antiquissima opibus clara.	204.

M.

Mare mortuum propter stagnantes aquas cursu naturali præped:	122.
Marsilia Civitas exterorum mercatorum frequentia celebris.	206.
Magistratus Romanus accepto nuntio mortis Pontificis in aula	
Capi-	

INDEX. 90

Capitolina opportuna Consilia decernit.	219.
Messanensis Civitas Imagine B. V. M. celebris.	240.
Messanensium Oratio ad B. V. MARIAM.	241.
Melita Urbs menijs fossis propugnaculis munita	71.
Missionarius Hispanus cupiebat Apostolicum ministerium obire in Japonico Imperio.	153.
Missionarij cujuscunq; Ordinis in toto Angliæ Regno versantes Vestimenta Sæcularia debent induere.	191.
Modus eligendi & creandi Summum Pontificem,	224.
Monasterium Camaldulensium densa silva circumdatur.	8.
Monasterium Monialium S. Benedicti.	37.
Monachi Sancti Basilij Magni.	82.
Mons Calvaria octodecim gradibus præditus.	105.
Mons Cassinatensis Monasterio & Ecclesia Clarus in qua Corpora S. Benedicti & Scholasticæ Sororis ejus jacent.	65.
Mons Carmeli.	145.
Mons sublimis Episcopalis dictus.	3.
Mons aureus in quo Divus Petrus Cruci affixus perhibetur.	53.
Mons peregrinus in quo S. Rosalia per multos annos vixit.	67.
Mons oliveti cum una Ecclesia ibidem fundata.	92.
Montana Judææ, Villa S. Joannis Baptistæ.	113.
Mons Thabor, ubi Transfiguratus fuit JESUS.	134.
Mons Sinai in quo Corpus S. Catharinæ requiescit.	151.
Mons Virginis dictus.	180.
Mons Vesuvius quinque miliaribus à Neapoli distans.	181.
Mons Ethnæ horrendum spectaculum incutit.	160.
Mons Tarpejus & Mons caprinus in quibus nihil singularare apparet	39.
Mons Apofnū ubi balnea S. Helenæ existunt.	21.

N.

atās in Jordane vortice Aquarum subvectæ ad alteram Jordanis ripam	122.
lazarum olim Urbs, nunc Villæ nomen vix meretur	133.

Pp

Nea

INDEX

Neapolim Urbs Magnifica.	180
Neoburgū Oppidum in quo Monasteriū Canō. Regul. Cernitur	12.
Neronis Imperatoris tyranni Corpus Sepultum erat.	42.
Nullus Christicola admittitur in templum Salomonis	160.

O.

Oppavia Urbs munitissima.	8.
Octavianus Cæsar visionem habuit Aræ cæli.	39.
Ollomucium Urbs Episcopali sede gaudet.	8.
Obeliscus ex Ægipto advectus altitudine præditus.	35.
Obsidio Viennæ à 300000. Turcarū militū cū ingenti apparatu	10.
Objectiones Lutheranz	195.

P.

Patibulum ferale supplicio destinatum	12.
Patroua seditiosus.	261.
Patriarcha Babilonicus.	268.
Patavium Urbs antiquissima.	19.
Parisiſorum Urbs est pulcherrima.	185.
Panormum Urbs præcipua Regni Siciliæ.	160.
Palatium Burgesiorum.	56
Palatium Pontificium latè extensum.	34.
Palatium Regis Davidis penes Montem Sion.	98.
Palatium divitis Epulonis.	102
Palatium pro Puellis parentibus orbatis	35.
Palatium Caiphæ ubi Christus noctem peregit Captus.	124.
Perusta Urbs antiqua & indytra manibus cincta.	28.
Peregrinus per ripas Jordanis fluminis incedēs in flumē procidit	123
Peregrini linguâ Turcicâ dicuntur: <i>Derevisi.</i>	258.
Piscinæ Davidicæ aquâ carentes.	109.
Pinnaculum Montis in Nazareth.	141.
Pontifex Beneventanæ ver instituit.	171.

Pon-

INDEX

Pontifex visitans Eremitoria per districtū Diœcesis Benevêtanz	175.
Prolomaida Civitas, sivè Acri duo obtinet nomina.	145
Princeps Valachiæ Christianus Schismaticus.	272.
Portiunculæ duobus miliaribus ab Assissio.	27.
Processio Neapoli cū delatione ampularū Sangvinis S. Januari	180
Puella Hebræa laborans defectu Salivæ & siccitatis.	162.
Puteus ex quo hausisse tempore Nuptiarum Canæ Galileæ.	140.

Q.

Quidzin Urbs pulchra à Lutheranis gubernata.	5.
--	----

R.

Rhama Urbs antiquitatis & opulentiz gloriæ præcellit	91.
Raciboniensis Urbs pulchra.	8.
Reges Stella duce directi.	124.
Rodigium Urbs sub ditione Veneta.	22.
Rodostan Civitas in qua Princeps Racocius sedem habet.	250.
Roma totius Orbis Caput.	29.

S.

Saxum magnum superest.	95
Scala Sancta ex Jerosolima advecta.	35
Statua Ferdinandi magni Ducis erecta.	163.
Scala Civitas Ditionis Regis Galliz.	203.
Sedes Jeremiæ Prophetæ.	24.
Specus in quo D. Maria Magdalena delitescbat per multos annos	207
Speſtaculum magnæ devotionis & compunctionis	59.
Speſtaculum luctuosum de duabus feminis.	12.
Sepulchrum Christi Domini.	102.
Sepulchrum Josaphat & Sepul. Jacobi Patriarchæ.	97.
Sepulchrum B. M. V. S. Josephi, S. Joachimi.	94.
Sepulchrum Sancti Lazari	95.
Sepulchrum Christiinz Svecorum Reginae.	30.

pp2

Sedi-

	82. Ver: 15.	Austrico	rustico.
	Ver: 26.	stantim.	stantem
	103. Ver: 21.	peregni	peregrini
	145. Ver:	penultimo scuti	sicuti.
	153. Ver: 3.	Compete	compede.
	Ver: 5.	perictus	penitus.
Pagina	154. Ver: 25.	prebita lege	pradito.
	159. Ver: 12.	missimus	omissimus.
	Ver: 17.	obseratione	observatione.
	166. Ver:	ultimo convectis	confectis.
	188. Ver: 1.	Marea	Marchia.
	Ver: 17.	ipe	ipse.
Pagina	179. Versu 7.	robure	lege rubore.
	186. Versu 18.	fatiscendum	fatiscentibus.
	189. Versu 21	cogiavi	cogitavi.
	213. Ver: ultimo.	egrediebatur	egrediebar.
	236. Ver: 12	lectia	lectira.



scipn.
relatis qui, niemoze sie klasé na początku
 bez zámkow pokazujících, jezeli imie nie
 poprzedzito. nap. a iasto polskit
 lazł zónę dobra, znalazł skarb
 ny, trzeba tak przelozyć. *Cela*
sine tonne semine, a trouvé un tresor
Qui powtórzóné, na początku
 za łobá idących, *nap. ils s'ajent, qui d'*
un autre, uciekają jedni w jednę stronę, drudzy
 w drugą.

Quel położóné z imięniem istotnym, za
 którym sie kładzie *qui* ze słowem, znaczy którę
 rykolwiek albo iak kolwiek. nap. *quel mal que*
vous arrive, iakiękolwiek sie nam licho przy
 trafia.

Quelque rás polezóné z imięniem przyru-
 tnym, którym idzie *que* ze słowem isto-
 tnym, *nap. y* choćby y lupetlatiw. nap. *quel*
que sort, *qui il soit*, choćby byl najmocniejszy.

ROZDZIAŁ IV.

100
 bo málo, czego, nie kładzie sie *de* ale *se*, by
 téz y przed istotnymi. nap. jest wiele ludzi,
 ale málo mądrych. *il y a beaucoup de hommes*
le sages,
 nie wiąże kielka imión przyrzutnych
 ym istotnym, jednák sie tylko raz
 kładzie, przed tym imięniem które
 tézwizé.

998962

E


OZDZIAK II.

o zgadzaniu imion y o porzadkuich.

Tu za generalną regule mieć trzeba, iż po-
 spoicie za jedno wazy, lubo istotné p przéza
 lubo przyrutné. nap. *le sein* *estruar*, albo
estruare *same* Pismo święte. *2. 123* sie
 jednák oddinają.

Napřed imiona, liczby y iminki wizea
 lákie powinny sie kładé przed istotnym. nap.
cent *ens* *scotalerów*. *vingt* *ans* *dwadzieśc lat*,
mille *frans* *tyścát zioron*, *le denzième* *jour*
 drugi dzień. *le troisième* *avril* *trzeci rok*, *mon*
Mestre *tr* *an*, *quel homme* *co za człowiek*
chaque semaine *káždy tydzień* *quelque* *person*
 nie niekótóra osoba.

Mówiąc jednák o znacznych ludziach y
 rozdziałach, liczbá sie



Anno: 1748.
Illustris
Paragvianensis
Terosol
Vol.
1.